VERITAS ET AEQUITAS CENSURAE PONTIFICIAE PII 5. GREGORII 13...

François Sylvius, Willem Hessels : van Est

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
7 P
22
O 9
13-22.f.1
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Assistentiæ Germaniæ

VERITAS ET ÆQVITAS
CENSVRÆ PONTIFICIÆ
PII V. GREGORII XIII. VRBANI VIII.
SVPER ARTICVLIS LXXVI. DAMNATIS,
PROPVGNATA CONSTANTER AC ILLVSTRATA
A FACVLTATE THEOLOGICA DVACENA
ANTIQVIORE AC RECENTIORE:

SIVE

ANTITHESES
DEPROMPTÆ DIGESTÆQVE AD MENTEM S. AVGVSTINI,
EX LVCVLENTIS COMMENTARIIS EXIMIORVM DD. AC MM. NN.
GVILELMI ESTII ET FRANCISCI SYLVII;
quot ipſæ, tot rationes, cur
VNIVERSITAS DVACENA VRBANAM
Bullam de his articulis promptiſsimè acceptarit,
in publicis ſcholis promulgarit, ijſdemque
affixerit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Fidelia omnia mandata eius, confirmata in ſæculum ſæculi,
FACTA IN VERITATE ET ÆQVITATE Pſ. 110.

BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

DVACI, Typis Viduę MARCI WION, ſub ſigno Phœnicis, 1649.

Digitized by Google

SANCTISSIMO PATRI
INNOCENTIO DECIMO
PONT. MAX.

COLLEGIVM REGENTVM
THEOLOGICÆ FACVLTATIS DVACENÆ
FELICITATEM.

RESPONDET opuſculo hoc Facultas noſtra Apoſtolicis monitis VRBANI VIII. fel. rec. & Paterno S.is V.æ affectui, qui ſe erga Academiam hanc exeruit anno primo Pontificatus, BEATISSIME PATER, miſſâ ad ipſam fauſtiſſimâ precatione: vtriuſque Breuis exemplum, omnibus zeli Diuini notis inſigne, Lectori ſubijcitur. Reſpondere pariter votis Sanctiſſimæ Sedis, totque Sapientiæ titulis, quibus Vniuerſitatem hanc Ipſa exornat, à prima ipſius erectione votum eiuſdem eſt. Suſtinere verò Apoſtolicam exſpectationem, tantæ molis eſſe ducit eadem Facultas, vt in ſubſidium excitet columnas Sapientiæ ſuæ geminas à cæleſti templo, cui feliciter inſertæ ſunt, vti credimus, nempe GVILLELMVM ESTIVM ET FRANCISCVM SYLVIVM, vtrumque lucubrationibus ſacris clariſſimum, Sanctitatis famâ nec minùs illuſtrem. ESTIVS quidem Doctor olim Louanio eductus, vt in hac Vniuerſitate Theologica iaceret fundamenta, ea ipſa tam ſolida poſuit, vt ad hanc diem conuelli minimè potuerint; imò quaſi præuidiſſet huius poſteræ ætatis malè ſanos errores, priuſquam apertum virus erupiſſet, antidotum præclaris Commentarijs præparauit: moriens verò virtutis ac doctrinæ lampada tradidit SYLVIO, Academiæ Louanienſis pariter alumno; cuius mores pariter ac doctrinam approbat & collaudat Romana Curia hîc ad Lectorem.

Da veniam, SANCTISSIME PATER, vt libelli huius ac

† 2 compen-

compendij medicinam per vtrumque Doctorem noſtrum à Louanio petamus, vt ſiquod orthodoxæ doctrinæ vulnus illatum eſt, ipſius etiam cicatricem per Imperatoriam virtutem Archiducis Noſtri LEOPOLDI GVILLELMI BEATITVDO VESTRA curare poſſit ocyùs obducendam. Præfulget Catholicę rei opportunum Sidus, Princeps Sereniſſimus; cuius præſentiâ ſtat Regis Catholici imperium in Belgio, & quidquid ſupereſt orthodoxæ Religionis; cuius, inquam, Auitæ in ſuperos pietati impares ſunt in terris mercedes ipſæ Coronæ & Imperia, cùm ſit ſolo immortali Deo digna Religio, quam ſemper caſtiſſimè coluit Gens Auſtriaca, & cælo altior iuſtitia, quam in bello & pace ex ęquo adminiſtrauit. Illa verò ſingularis in Vicarium Dei & Regem Catholicum obſeruantia, quâ Prouincias has à damnatis Apoſtolicâ auctoritate erroribus expurgare nititur CELSITVDO IMPERATORIA, Vniuerſitatem noſtram in admirationem rapit, & ad officium libelli huius pariter extimulat. Afflictiſſima licet ſit bellis hęc ipſa Academia, hoſti proximè contermina, res omnis pœnè exhauſta, ita vt ſolis ſtet viris, vel etiam animis, quos facit & fouet SANCTITAS VESTRA, ET SERENITAS AVSTRIACA, nec non Vtriuſque vigilantia pro incolumitate *columnarũ*, quas hîc *Sapiẽtia excidit*: his certè exẽplis accenſus pro Domo Dei zelus Veſter animos etiam abiectos erigeret, calamos Doctorum etiã hebetes acueret, vires ingenij etiam eneerues prouocaret, viros etiam â mortuis quodammodo excitaret ad collaborandum, adque omni ope & operâ integritatem Diuinæ fidei ab erroribus vindicandã.

Excitantur enimveró à Superis hoc ipſo doctrinam Orthodoxam propugnandi zelo noſtri pię memoriæ Doctores ESTIVS ET SYLVIVS; quorum virtus extra ſæculi inuidiam poſita reſpondeat pro ipſis, pro Facultate totâ, pro Sede Apoſtolicâ, pro VERITATE ET ÆQVITATE; vt vel error ipſe ſpem abijciat, illlibatę huic ſapientię næuum vel leuiſſimum imponendi, ſed de Romanæ Eccleſię virgineâ facie hoc conſtet, TOTA PVLCHRA ES, ET MACVLA erronei dogmatis NON EST IN TE. Gentilitia columba Tua, INNOCENTI DECIME, niueo candore ſuo fidem rei facit, & virente oliuâ ſpem meliorem; futurum nempè, vt vniuerſa Theologorum Reſpublica Tuo Diuinitatis Oraculo faſces ingeniorũ ſubmittat, quemadmodum extrema hæc Catholici orbis Academia libellum hunc exhibet vectigalem, æternum obſeruantiæ erga Apoſtolicam Sedem nonumentum, fidei conſtantiſſimę pignus, doctrinę ſuę quaſi militię ſacrę auctoramentũ. Duaci 1. Mar. 1649.

SANCTITATIS VESTRÆ Humillimus ſeruus, obedientiſſimuſque Filius

THEODORVS VAN COVVERDEN Facultatis pro tempore Decanus.

De mandato Regentum eiuſdem.

Digitized by Google

BENEVOLE LECTOR

NIHIL noui hîc cuditur, verùm nouitates ipſæ antiquis lucubrationibus extinguuntur: proinde nec actum agitur, dum compendio in lucem prodeunt probatiſſimæ doctrinæ theſauri, pœnè latentes, quia ſparſi in Commentarijs ingentibus GVILELMI ESTII AC FRANCISCI SYLVII; hic vniuerſam S. Thomæ Summam illuſtrauit; ampliſſimis ornatus priuilegijs Catholicæ Maieſtatis Philippi III. datis Bruxellæ a Concilio Regio, anno 1627. 30. 32. & anteriore ALBERTI ET ISABELLÆ Principum anno 1617. ESTIVS in libros 4. Magiſtri ſenten. ſcripſit pari Principum munitus priuilegio anni 1613. acceptiſſima toto orbe doctrina vtriuſque & puriſſima in ſuis fontibus hauritur, ad quos hîc digitum intendimus. Docet poſteros ſuos ESTIVS genuinam Eccleſiæ ac Pontificum diſciplinam ſemper ſibi conſtantem, veriſſimumque S. Auguſtini ſenſum: idem ipſe, qui errores à Pio V. primùm damnatos, ſub Gregorio XIII. iterum enatos opportunis ſcriptis expreſſiſque titulis ſuffocauit. In ipſius verò ESTII diſciplinâ ſaniore ſeruandâ tradendâque quàm conſtans ad hanc diem fuerit Facultas Duacena, declaratur ex Commentarijs SYLVII, quæ inſtar omnium Doctorum ſunt, cùm ipſe ESTIO in docendi munere ſucceſſerit, vſque ad 27. diem Febr. 1649 quando ex humanis raptus eſt, perluſtrato oculis hoc opuſculo, maiora etiam parans ad auctoritatem Pontificiam & Regiam hoc rerum diſcrimine propugnandam.

De Doctoris SYLVII operibus extant hæ commendationes: *Cupiebat hic, ſicut veros Eccleſiæ filios decet, vt in reliquis, ita & in præſenti materia DE AVXILIIS S.*[mo] *D. Pontifici Romano reuerentiam pariter ac obedientiam præſtare; proinde noluit ſuum in Primam Partem Commentarium in lucem emittere, niſi Apoſtolica Sede priùs conſultâ, & iuxta eius præſcriptum.* Quocirca doctrinam ſuam in libellum redactam, fauente Ill.[mo] D. Archiepiſcopo Patracenſi tunc per Belgium Nuntio Apoſt. in Vrbem miſit. Super quo R.P. Iac. Regulus S. Theol. Mag. ita Bruxellis an. 1624. 3. Maij ad eum reſcripſit: *Quod ſcripta Ex.*[a] *R.a V*[a]*. reſpondit agens Ill.*[mi] *iam eſſe reuiſa, & Cenſores reſpondiſſe, nihil erroris in ipſis eſſe, quin imò OMNIA ÆQVE DOCTE ET PIE. Quę relatio facienda erat in Congregatione.* Tandem ad Ill.[um] D. Patracenſem redduntur litteræ ab Em.[mo] Cardinali Millino in hæc verba:

Verba ſũt Syluij in Præfat. ad 1. p. plena modeſtiæ, vt cætera omnia.

Non minorem meretur laudem Doctor SYLVIVS Profeſſor Duacenſis ob libri qualitatem ab ipſo compoſiti ſupra primam Partem D. Thomæ, quàm promptitudo eius, quâ librum iudicio & cenſuræ Sedis Apoſtolicæ ſubiecit. Et cum de mandato eiuſdem Sedis magnâ cum attentione ſit conſideratus, in toto iſto opere materia conſolationis inuenta eſt, tum ratione doctrinæ, tum ratione bonæ methodi quâ de Auxilijs tractat. ---- Spondet obſeruantia eius erga Sanctam Sedem quòd lubens volens promereri volet obſequio & obedientiâ ſuâ, non minùs quàm ſtudio & calamo conſecutus eſt laudis. Ad quæ D.[ni] *V.*[a] *placebit illum exhortari, eum certificando de honorabili opinione quam S. D. N. & Sacr*[a] *Congreg. de ipſo habet. Romæ 23. Ian. 1627.*

Ex his obuium eſt intelligere, neque nos antiquam de efficaci motione ac operatione Dei mutaſſe ſententiam, neque illam Sedi Apoſtolicæ eſſe ingratam, neque iuſtam nobis defuiſſe rationem, cur ea quidem quæ de Dei ſcientia voluntate prouidentiâ, & prædeſtinatione, primam Summæ B. Thomæ partem prælegentes, diximus, ſuis quæque locis reliquerimus.

Pergit Syluius cit.

Horum Scriptorum clariſſimos radios, quibus opuſculum hoc totum contexitur, opponimus tenebris damnatorum à Pontificibus Maximis articulorum; quibus nemo vltra poſſit adhæreſcere ignorando quid deſipiant, quantumve à Sapientia S. Auguſtini aberrent; dum ſubijciuntur oculis fidelibus articuli iſti cum ſuo præſenti antidoto ſeu Antitheſi compendio explicatâ. Neque hîc ſpectamus, niſi quod officij eſt, ignorantes docere; quod moniti accepimus à Sereniſſimo ARCHIDVCE, & quod mandati à Summis Pontificibus, vt conſulamus, ne quid detrimenti Orthodoxa veritas patiatur: eorum gemino Breui Academia noſtra ornata eſt: quod ne quis deſideret, ſubijcitur.

Dilectis Filijs Academiæ Duacenſis.

Superſcriptio.

VRBANVS PP. VIII.

DILECTI Filij *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Omnipotentis imperium in Pontificiis auctoritate deſpicitur, quotieſcumque Apoſtolicis ſanctionibus repugnatur. Quamobrem impudens aliquorum temeritas ſatis improbari non poteſt, qui conſtitutionem de Cornelij Ianſenij libro, cui titulus,* Auguſtinus *aliorumque operibus ac libellis vitandis anno* 1641. *pridie Nonas Martij à nobis conditam, &* 1643. 19. *Iunij in Vrbe publicatam falſitatis inſimulare vaniſſimis rationibus non ſunt veriti. Ob tam apertam eorumdem contumaciam in-*

genti planè ægritudine affecti ſumus, animo agitantes, quàm pernicioſo exemplo & propriæ ſalutis diſcrimine id præſumant. Attamen non parum valet ad ſollicitudinem noſtram aliquâ ex parte leuandam illa fiducia quam in bonorum zelo, & præſertim Duacenſis Academiæ pietate conſtituimus. Neque enim partæ nimis veteris gloriæ decora, non tam doctrinæ, quàm pietatis præſidio acquiſita, inconſultis quorundam opinionibus minui. Proinde nobis pollicemur fore, vt quâ par eſt veneratione noſtro Diplomati quâlibet ex parte obtemperetis, voſque eius laudis ſtudioſos oſtendatis, quæ communi quieti curatione, & deditâ erga hanc Sedem obedientiâ comparari ſolet: Altiſſimum precamur, vt dirigat cogitationes veſtras in beneplacito ſuo, & præclaræ iſti Vniuerſitati iugiter præſto ſit, cui Nos Apoſtolicam benedictionem impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 24. Octob. 1643. Pontificatus noſtri anno 21.

Subſignatum erat: IVLIVS ROSPIGLIOSIVS.

Dilectis Filijs Theologis ac Profeſſoribus Vniuerſitatis Duacenſis

INNOCENTIVS PP. X.

DILECTI *filij, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inſignis Veſtra Academia, quamuis ſingulorum ingenia ad ſtudia diſtribuat ſingularia, mores quidem ac inſtituta ad vnitatem & concordiam vniuerſè temperauit. Quoties cumque verò in Catholicæ religionis patrocinio, aut in Apoſtolicæ Sedis probando obſequio, experiri ſeſe contigerit, tum maximè vel ipſo in conſpectu orbis terrarum enitere ſe virtus veſtra & gloria conſueuit. Hæc ſanè gaudemus, diuturnam hanc obſequentiſſimorum filiorum conſtantiam nunc recens in Vobis nequaquam fuiſſe dimotam in tuenda obſeruandâque conſtitutione Fel. Rec. Vrbani VIII. Deceſſoris noſtri, pridie nonas Maij 1641. publicè datâ, in qua librum, titulo* Auguſtinum, *ſub nomine impreſſum Cornelij Ianſenij Epiſcopi olim Iprenſis, aliaſque multorum diſceptationes, adſtruentium illum aut oppugnantium, grauibus cenſuris & pœnis, generatim interdixit: vt nimirum congenito occurreret piaculo, & violatæ huiuſcemodi impreſſionibus, Apoſtolicæ iuſſionis Prædeceſſorum Summorum Pontificum Pij V. Gregorij XIII. ac Pauli V. & ſuccreſcentium in dies diſſidiorum, quæ diſcrepantibus ingenijs atque animis, nec dicto Apoſtolicæ Sedis audientibus, in non leuem fuerant religionis perniciem erupturæ. Et quoniam in huius* VRBANÆ *conſtitutionis obſeruantia perſtare, fructum pollicetur certiſſimum Catholicæ quam nos conſtabiliri omnino decreuimus, conſenſionis & vnitatis, admonendos vos eſſe duximus, paternâque præceptione compellandos, vt in hoc acriùs deinceps intendere, laboreſque veſtros noſtræ ſollicitudini adiungere, ne intermittatis; ac vt filios amantiſſimos decet, meritis egregiè de hac Sancta Sede, adeoque de cœtu rectè ſentientium, qui veſtræ ſunt ſapientiæ famam atque obtemperationis ductum ſecuturi. Cuius ſanè ob recens iſthoc experimentum, ſuo vos gremio arctiſſimè in Domino complectetur ſemper parens Eccleſia: Noſque in dies magis, quibus par fuerit ornamentis, ac meritis inſtruemus. Apoſtolicè vobis interim ex animo benedicimus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 20. Febr. 1645. Pontificatus noſtri anno 1.*

GASPAR DE SIMEONIBVS.

HÆC grauiſſima Summorum Pontificum monita, ac Sereniſſimi Principis litteræ ſanè ponderoſiſſimæ, tanti apud nos momenti fuerunt, vt omnia promptè conſilia expediuerimus, ne quo loco Regijs ac Imperatorijs Ipſius animis deeſſe videremur, vnàque opuſculum hoc Theologicum in eam rem inprimis maturauimus, multam ingenijs bene affectis lucem allaturum. Opportunè omninò vulgandum, cùm primum vidimus publico manifeſtatas rationes, quibus Vrbani VIII. Bulla reijcitur; deinde & libellum de mandato Facultatis Theol. Louanienſis editum, cui titulus, *Vulpes capta* &c. vbi Bullam Pij V. ac Gregorij XIII. recipit Facultas eadem, articulos in ea damnatos viſa condemnare omnes: quaſi verò alios damnet Pius V. ac Gregorius XIII. alios VRBANVS VIII. qui tamen diſertis verbis nil niſi hos articulos eorumque aſſertores condemnat: quos qui pariter anathematizat, VRBANAM Bullam exoſculetur neceſſe eſt. Vnde hodie non conſtat, quibus articulis diſſentiat Louanienſis Facultas à Pontificiâ noſtrâque doctrinâ: cùm tamen capita diſſidij primùm ſtatuere deberent conſtanter, qui Bullam non admittunt. Monſtro ſiquidem ſimile eſt, articulos illos damnare, & Bullam eoſdem damnantem non acceptare. Scimus docti Bullâ eâdem, articulos horum nonnullos *aliquo pacto ſuſtineri poſſe*, vt ſuſtinent *Vaſquez, Suarez, Bellarminus* alijque Catholici, à quibus etiam diſcimus acerbitatem Cenſuræ in illis eſſe damnatam à Pontificibus; ſed cum ijſdem Orthodoxis credimus, definitum eſſe Bullâ Pontificiâ nullas ex his propoſitionibus non eſſe *hæreticas, ſuſpectas, temerarias, ſcandaloſas reſpectiuè ... in rigore & proprio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento* totis libris, ac maximè obuio, quem Facultas ipſa Louanienſis aſſecuta eſt olim luculentâ ingenuâque explicatione Illuſtriſſimi D.

Vercellen-

Digitized by Google

Vercellenſis Epiſcopi & Apoſtolici per vtramque Germaniam Nuntij voluntate ac iuſſu concepta, præclaris verbis; & hunc ipſum reprobum ſenſum Estivs Sylvivsqve perſecuti ſunt, quæ ſumma rei eſt: nec aliud optat Sedes Apoſtolica & Rex Catholicus, niſi vt Vniuerſitates omnes concordi ſuffragio, voce, ſcripto, typis eundem ſenſum quaſi ſcopum configant. An ab auctoribus horum articulorum intentus ſit ille ſenſus, an conſecutiones admiſſæ, non tam curamus, quàm vt ab illo, & harum euidentiâ caueatur: exemplum ſecuti Facultatis Ipſius Louan. *ſcripto citato*. Noſtræ quidem Facultatis potior eſt ratio, quam intentatæ vndecumque calumniæ, arteſue malæ, aut quaſi conſortem praui erroris traducere, aut in ipſum inducere ſunt conatæ. Ita ſe omnes purgent exemplo illo Facultatis Louan. antiquiore Noſtroque recentiore, & ab omni doctrinæ labe aut inobedientiâ erga Cathedram Apoſtolicam, quæ veritatis eſt, immunes probent, proborum commune votum eſt.

Nempé cum damnatorum articulorum fautores, ſiqui ſint, perſuaſum habeant, magnos ſe gratiæ Diuinæ præcones eſſe, patiantur ſibi errorem hunc eripi per ſententias Estii Sylviiqve, & exhorreſcant, quod in omnibus Angelorum Hierarchijs, totoque innocentiæ humanæ ſtatu, etiamſi æternùm duraſſet, nullum gratiæ ſupernaturalis veſtigium agnoſcant, quod Pelagianiſmo omni deterius eſt: ſiquidem gratiam extrinſecam eleuationis naturæ ad gloriam ſupernaturalem fatebatur Pelagius, & pro hac gratia ſingulares ab Angelis hominibuſque deberi gratias Deo prædicabat.

Si quis articulos hos ſectatur, & totam Dei gratiam putet relegandam ad pauciſſimos hominum, vt ruinas dumtaxat reparent Angelorum, hunc ipſos compellant Doctores illi, & ad ſuos Commentarios fuſiores hîc citatos. Si nemo aſſertor eorumdem articulorum haberi velit nec eſſe, omnis voti compotes ſumus, maximé ſi Vrbani VIII. conſtitutionem ſuper ijs nobiſcum exoſculentur.

Articulos demum ſingulos ex 75. vel pluribus per ſingulas Antitheſes vel plures perſequimur feré, licet vix neceſſe ſit, cùm hoc commodi habeant errores iſti, vt vno deiecto, vel detecto, omnes collabantur adeò facili vinculô inter ſe ſunt connexi: Qui autem vel vno horum vinctus eſt, quomodo à catena cæterorum ſe expediat, ipſe ex conſcientia viderit.

Certiore methodo capita petimus, à quibus tota conſecutionum ſeries breuius deducta corruat, eademque capita ordine continuo pertexímus, vſi etiam numeros marginales, quibus allegandis breuitatem ſectamur.

PARTITIO OPERIS.

Totvm hoc opuſculum ex ſententijs verbiſque Estii ac Sylvii contextum, necnon ex locis S. Auguſtini ab his auctoribus fideliſſimé explicatis, congruè diuiſum eſt in tres partes.

Prima eſt, de ſtatu naturæ liberæ ante peccatum, cui adimunt aduerſarij omnem rationem gratiæ Diuinę, ſiue extrinſecæ, ſiue intrinſecę: ſiquam vocant gratiam ſufficientem, negant efficacem. Vide Synopſin, num. 1.

Secunda eſt, de ſtatu naturæ humanę lapſæ, in qua natiuam liberi arbitrij indifferentiam penitùs extinguunt, de propria rationali natura peſſimé meriti. Vide Synopſin. n. 56.

Tertia eſt, de ſtatu naturæ reparatæ per Chriſtum; in quo ſtatu nullam agnoſcunt gratiam Chriſti ſufficientem ad ſeruanda Chriſti mandata, nedum ad ſalutem per ipſum conſequendam; minimum ac vile æſtimantes Sanguinis Chriſti pretium, nec venerantes prodigum animę Saluatorem, nec copioſam apud ipſum redemptionem: Vide Synopſin num. 106.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.

CAPVT 1. *Articulorum damnatorum. Gratiam ſupernaturalem eſſe naturalem ante peccatum: num.* 2.

CAP. 2. *Actus ſupernaturales fuiſſe naturales in ſtatu innocentiæ, & naturâ ad ſupernaturale præmium ordinatos, num.* 13.

CAP. 3. *Actus ſupernaturales fuiſſe liberi arbitrij, non ſpecialia gratiæ dona in Angelis ac ſtatu innocentiæ, num.* 25.

CAP. 4. *Nullam in Deo eſſe præſcientiam actuum liberi arbitrij ante peccatum, nullam auxiliorum praordinationem, nullam de iſtis contingentibus prouidentiam, ſed gratiam Dei quamcumque prorſus ſubiectam fuiſſe libero arbitrio; num.* 36.

CAP. 5. *Nullam circa Angelos aut ſtatum innocentiæ prædeſtinationem fuiſſe in poteſtate Dei, nec directionem mediorum ad eum finem, ſed à mera contingentia ſoloque liberi arbitrij nutu totam prędeſtinationem pependiſſe; nu.* 48.

CAP. 6. *Dominum naturæ abſolutum non poſſe creare hominem cum concupiſcentia naturali; nu.* 57.

CAP. 7. *Peccatum originale non eſſe voluntarium vllo modo, ſed habituale inuoluntarium; nu.* 67.

CAP. 8. *Concupiſcentiam eſſe ipſum formale peccatum originale, quod non condonetur ante mortem, & manet reatus ipſius in reprobis; nu.* 75.

CAP. 9. *Voluntatem etiam nolentem ac omninò inuitam peccare; nu.* 84.

CAP. 10. *Liberum arbitrium peccato Adæ natiuam indifferentiam ac poſſibilitatem actûs honeſti naturalis amiſiſſe; nu.* 92.

CAP. 11. *Gratiam Chriſti facere liberos tantum à peccato commiſſo, non à neceſſitate committendi ſingula, aut bene agendi, nu.* 107.

CAP. 12. *Gratiam Chriſti nemini actu peccanti eſſe ſufficientem vt abſtineat, niſi dum actu abſtinet ab omni peccato: nu.* 120.

CAP. 13. *Gratiam Chriſti non eſſe ſufficientem ad implenda præcepta; nu.* 139.

CAP. 14. *Gratiam Chriſti nec ſufficere, vt cuipiam meritum vitæ æternę donet, aut vim vllam ſatisfaciendi &c. nu.* 161.

CAP. 15. *Charitatem Dei perfectam non iuſtificare: imperfectam vero nec cum Sacramento prodeſſe; gratiam ſanctificantem eſſe nullam; nec alia aut maiora eſſe merita Chriſti: nu.* 178. *Hæc ſunt capita* 15. *damnatorum articulorum:*

Vera doctrina de iuſtificatione & merito; nu. 205. *& ſeqq.*

Vera doctrina de Pontifice Romano; nu. 209. *& ſeqq.*

Adduntur ex Reſolutionibus FRANCISCI SYLVII reſponſa ad aſſertiones quinque. Collecta editaque ſtudio & labore GEORGII GALOPINI Monaſt. S. Giſleni Ord. S. Benedicti Religioſi.

PARS PRIMA

Digitized by Google

PARS PRIMA

DE STATV NATVRÆ INTELLECTVALIS, SEV LIBERÆ ANTE PECCATVM.

SYNOPSIS.

I. HAc primâ parte Estivs Sylvivsqve exponunt, damnatorum articulorum aſſertores, ſi qui ſint, maximè iniurioſos eſſe gratiæ Diuinæ, eidemque ingratos reddere Angelos, etiam Beatos, ac imprimis primos parentes, totamqúe naturam humanam, ſi in ſtatu innocentiæ perſtitiſſet: nempè adimunt Angelis hominibuſque omnem gratiæ rationem, ſiue intrinſecam per modum habitûs actûsque, ſiue extrinſecam eleuationis ad ſtatum ſupernaturalem, etiam gloriæ; quaſi nullas Angeli hominesque innocentes habeant à Deo gratias, pro quibus & gratias agant; vnicum Deo referant acceptum creationis beneficium. Siquam voce tenus admittunt gratiam, eam à Deo ſufficientem eſſe dumtaxat volunt, nullam à Deo efficacem, ſed efficaciam ipſius à libero arbitrio ſolo principaliter pendere: quaſi verò ſua ſibi angeli boni dederint merita, quibus præmium beatitudinis ſupernaturalis negare fuerit ſimpliciter impoſſibile Deo: imò nec potuerit Deus præparare naturæ liberæ vlla media infallibilia ad gloriæ finem, nec ipſa media coordinare, nec certò præſcire, an eò conducerent; cùm totum hoc ſalutis negotium ac creaturæ regimen poſt creationem ſpectare velint ad liberum arbitrium cauſę ſecundæ; cuius æquilibrium cauſa prima non poſſit violare inclinando, inflectendo, alliciendo ad bonum, vel nec ad malum: quaſi cauſa prima non moueat ſecundas, quę verè liberæ, ad agendum; ſed cauſa ſecunda libera primam applicet, moueat, determinet ad actum liberum, etiam ſupernaturalem; ita vt liberum arbitrium præ creatore primitatem concurſûs ſit nactum, ac causa 2. agat ratione priùs primâ, ſi liberè agat, nec poſſit niſi vt libera agere, ſi libera ſit. Hæc errorum capita diſtinctiùs ſequuntur.

CAPVT I.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Gratiam ſupernaturalem eſſe naturalem ante peccatum.

ARTICVLVS DAMNATVS LXXVI.

II. FAlsa eſt Doctorum ſententia primum hominem potuiſſe à Deo inſtitui ſine iuſtitia naturali.

COnclvsio vltima hæc eſt, & caput 1. errorum. certè *Iuſtitia originalis, in quâ creatus fuit primus parens, fundabatur in gratia* diuina ſupernaturali, *ob eâque dependebat tanquam à ſua radice*; ita Syluius *in 1.p qu 95 ar. 1.qu 1.* At gratia gratis datur; ergo & iuſtitia originalis: hoc eſt, neutra exigitur à natura condita. Sit hæc vera & prima concluſio: Nempè ad gratiam & *beatitudinem ſupernaturalem potuiſſe naturam non euehi.* tam clarum eſt ex terminis, quam certò inter damnatas eſt propoſitio hæc: *falſa eſt DD. ſententia &c. Theſi propug. 12. Apr. 1644 & in 2 diſt 25 § 3 fine Eſtius* Par ratio de Angelis ac homine primo.

ANTITHESES ESTII.

DEvs potuit hominem creare ſine gratia; nam & multi cenſent ita factum eſſe: alij licet de facto negent, non dubitant tamen fieri potuiſſe, ac nominatim Auguſt. *lib. 3. de lib. arb. c. 20. 22. 24.* Neque retractaſſe id videtur *l. 1. retract. c. 9.* ſed magis confirmaſſe; præſertim cùm etiam *in l. de bono* In 2 diſt. 25 § 3.

 perſeu.

Digitized by Google

perſeu. c. 11. & 12. concedat Deum potuiſſe creare hominem ſine ea felicitate, in qua eum creauit. At ſi gratia naturalis eſſet, non potuiſſet Deus ſine ea condere hominem, niſi animal quoddam naturâ imperfectum condere voluiſſet; velut ſi hominem crearet ſine pedibus aut manibus, Et §. 6. ſi non eadem prorſus eſt juſtitia orig. cum gratia; tamen quod ſupernaturalis ſit eâ parte quâ gratiam comprehendit, per quam ſuperior animæ pars Deo perfectè ſubjiciebatur, nullum eſt dubium. *In 2.* verò *diſt.* 31. §. 1. Poſſet Deus animam creare neque juſtam, neque injuſtam; nec juſtitiæ carentia ſequitur neceſſariò peccatum, vel injuſtitiam. *Ibid. diſt. 31. §. 1.*

ANTITHESES SYLVII.

INNOCENTIA primi hominis propterea interdum vocatur naturalis, quia cum primâ naturæ humanæ inſtitutione cœpit, eamqué inſigniter exornauit, velut donum ipſi conuenientiſſimum; cum alioqui ſimpliciter ſit ſupernaturalis, vtpote, NEC NATVRÆ DEBITA, NEC NATVRÆ VI EXTORTA. *In 1. p. q. 95. art. 1.*

DAMNATVS ART. XXIV.

III. A vanis & otioſis hominibus ſecundum inſipientiam Philoſophorum excogitata eſt ſententia, hominem initio ſic conſtitutum, vt per dona naturæ ſuperaddita fuerit LARGITATE conditoris ſublimatus & in Dei filium adoptatus.

Scilicet vani, otioſi, inſipientes ſunt Catholici, qui credunt Angelos ac primos parentes accepiſſe diuinâ liberalitate quidpiam ſupra naturæ debita aut ſupernaturale, vel ſibi perſuadent Deum potuiſſe ipſis elargiri aliquid ſupra naturam. Nota naturæ ſuperadditum, ac ſupernaturale, ac ſupra naturam, ſynonima ſunt. Certè erat Deus *in Angelis ſimul condens naturam & LARGIENS gratiam*, ex Auguſt. l. 12. de ciuit. c. 9. ergo LARGITATE conditoris ſublimatus eſt Angelus &c. *infrà* ex Eſtio n. 6.

ANTITHESES ESTII.

OMNIS creatura Dei ſerua eſt juxta illud Pſal. 11. *Omnia ſeruiunt tibi*, & alibi: *Dominus vniuerſorum tu es.* Ergo quod aliqua creatura aſſumatur in adoptionem filiorum Dei, & in amicitiam ejus, & in conſortium Diuinæ naturæ (quod quidem fit per gratiam) ſuperat conditionem creatæ naturæ, eſtqué PRORSVS SVPERNATVRALE: vtitur hoc argumento Cyrillus non ſemel. *In 2. d. 25. §. 3.*

ANTITHESES SYLVII.

STATVS hominis primus eſt puræ naturę, veluti ſi Deus crearet hominem in puris naturalibus, hoc eſt, ſine gratia & ſine peccato, cum iis dumtaxat quæ naturaliter, ſiue quoad animam, ſiue quoad corpus ipſi conueniunt --- Quia homo nunquam in eo ſtatu fuit, neque futurus eſt, eum non recenſet S. Thom. quamuis ipſum agnoſcat eſſe poſſibilem, *in 2. d. 29. art. 2. & 1. p. q. 95. art. 1.* Nimirum ſine temeritate dici non poteſt, quòd Adam fuerit creatus in puris naturalibus abſque vllo dono ſupernaturali; nam immortalitas, in quâ certum eſt eum eſſe creatum, erat donum ſupernaturale, ſicut & illa ſubiectio partium inferiorum ad ſuperiores, quæ erat ante peccatum, & per illud deſijt. *In 1. 2. q. 109. art. 2.* *In 1. p. q. 95. art. 1.*

DAMNATVS ART. LXXIV.

IV. IMMORTALITAS primi hominis non erat gratiæ beneficium, ſed naturalis eius conditio. Nonne attributa liberalitatis, munificētiæ &c sūt Deo liberrima? ſi promiſſo ipſe ergo

Quaſi verò non potuerit naturæ Dominus hominem condere mortalem, aut mortalitate quidpiam connaturalius corpori humano affingi poſſit: quaſi verò innocentiæ Adami, ſi Deus ipſam ſibi reliquiſſet ſine immortalitatis dono, grauem injuriam feciſſet aut diuinæ ſuæ munificentiæ: certè nullam injuriam intuliſſet Adæ ipſum non creando, aut ipſum creatum annihilando, multò minùs mortalem creando. Immortalitas ergo ac impaſſibilitas fuit Adæ ſupernaturalis ſimpliciter, etſi maximè ſecundùm

Digitized by Google

dùm inclinationem formæ, ſeu animæ, quia non ex conditione corporis; quantò magis ſupernaturalis eſt gratia ſeu participatio Diuini eſſe, ad quam natura nullum ordinem, nullam relationem dicit, vtpote toto ordine creato diſtans ab increato?

creaturam ſe obliget, ipſa promiſſio eſt maximè gratuita ac libera: n. 24.

ANTITHESES ESTII.

SI de potentia Dei abſoluta loquamur, non eſt dubium, quin ita potuerit humanam naturam abſque vlla eius iniuria, tanquam totius creaturæ Dominus inſtituere, vt licet homo in anima conſeruaret innocentiam, corporis tamen cōditione ſimilis eſſet brutis animantibus, morti cęteriſque miſerijs non minùs quàm illa obnoxius. ----- Aperta probatio: quia in Chriſto Domino ad perfectiſſimam hominis juſtitiam nihil defuit, qui tamen carnem geſſit mortalem & paſſibilem.

In 2. diſt. 19. § 2. Et diſt. 23. §. 5.

ANTITHESES SYLVII.

V. AN immortalitas primi ſtatûs fuerit naturalis? Quamuis eatenus dici poſſit naturalis, quia erat naturæ conſentanea, & cum prima naturæ inſtitutione collata, ad quam etiam quoddam erat naturale deſiderium; ſimpliciter tamen fatendum eſt, non naturalem fuiſſe, SED SVPERNATVRALEM; quandoquidem pro ſui cauſa haberet gratiam iuſtitiamque originalem, quæ non erant primo homini naturales. Confirmatur: Corpus humanum cùm ex contrarijs componatur, quæ compoſitio eſt cauſa corruptionis, non poteſt ex principiis naturalibus habere eſſe perpetuum. Anima ejus vtpote forma perficit materiam, ac per conſequens corpus ſecundum eius capacitatem: oportuit ergo quòd in ipſa ſui inſtitutione aliquid ei collatum fuerit ſupra facultatem principiorum naturalium, per quod fieret quod mori non poſſet, quamdiu in primo illo ſtatu permaneret. Ita ratiocinatur *B Thomas in 2. diſt. 19. ar. 2. & 1. p. q. 76. ar. 5. ad 2. Corpus hominis ante peccatum immortale fuit, non per naturam, ſed per gratiæ diuinæ donum. Aliòquin immortalitas ejus per peccatum ſublata non eſſet, ſicut nec immortalitas dæmonum.* ---- Hinc inter articulos à Summis Pontificibus condemnatos eſt hic 74. *Immortalitas primi hominis* &c. Ita *Scholaſtici in 2. diſt. 19. & ante illos Cyrillus l. 1. in Ioan. c. 15. & Auguſt. de peccat. merit. c. 3. & l. 4. contra duas epiſt. Pelag. c. 4.* Si homo conſideretur ſecundùm ſola naturæ ſuæ principia, mors eſt homini naturalis; quia licet animæ humanæ quatenus immortalis eſt, bene conueniat corpus immortale; quatenus tamen ipſa eſt forma corporis requirentis contrariarum qualitatum temperiem, naturaliter poſtulat corpus, quod niſi aliunde conſeruetur, corruptibile eſt. Si autem conſideretur homo ſecundum eam naturæ conditionem, quam in ſui creatione diuinitus accepit, mors eſt contra naturam, atque adeò pœna propter peccatum inflicta: *in 2. 2. qu. 164. ar. 1. plura.*

In 1. p. q. 97. art. 1. Quæſtio.

DAMNATVS ART. XXI.

VI. HVMANÆ naturę ſublimatio, & exaltatio in conſortium diuinę naturæ, debita fuit integritati primæ conditionis, ac proinde naturalis dicenda eſt, non ſupernaturalis.

Scilicet, conditio naturæ ad ſupernaturalem ordinem vltro ſpectabat: eius quod eſt *ſupernaturale* nil fuit *natura* indebitum. Catholica enimuerò doctrina eſt, creaturam intellectualem, neque ex ſuppoſitione quòd ſit creata, neque ex debito naturę, neque ex connaturali immutabiliquè ſapientiæ Dei decreto, debuiſſe neceſſariò ad ſtatum ſupernaturalem eleuari, ſed per gratiam Dei extrinſecam, ſeu per nouum, gratuitum, liberrimum Dei decretum ſuperadditum decreto condendæ naturæ, & ab eo diſtinctum ſeparatumquè. Nempe ſi per modum vnius condita eſt natura & collata gratia, gratia minùs erit gratia quàm creatio, quia magis debita fuerit naturæ gratia quàm creatio.

Termini pugnantes n. 30.

ANTI-

Digitized by Google

ANTITHESES ESTII.

GRATIA eſt donum ſupernaturale tam Angelo quam homini. Gratiam enim ex nomine Patres contra naturam diſtinguunt, etiam in primo homine & in Angelis. De his enim notũ eſt illud Auguſtini l.12. de Ciui. c.9. erat Deus *ſimul in eis condens naturam & LARGIENS gratiam.* Vbi obſeruari poteſt *largiendi* vocabulum, quod cùm meram liberalitatem ſignificat, in eis quæ naturalia ſunt, & QVODAMMODO DEBITA, locum habere non poteſt. Primam hominis iuſtitiam vocat gratiam *idem* l.11. de ciuit. c.11. & l.13. c.13. 1. 19. 24. & l. 14. c. 10. 11. 17. & l. de corrept. c. 10. & 11. & libro de Gen. ad litt. c. 31. & *de ſpiritu & litt. c.27. & l 1. de lib. arb. c.11.* Quod igitur in tanto honore à Deo conditus & conſtitutus ſit homo, vt non tantùm ſeruus eius eſſet, ſed & filius, quodque finis ei attributus eſt illa beatitudo, quâ nulla poteſt excellentior attribui creaturæ, negari non poteſt, quin rectiſſimè & PROPRIISSIME SVPERNATVRALE dicatur: ſiquidem gratia & gloria ſunt bona facultatem totius creaturę excedentia.

In 2 diſt. 25 § 3. & 4.

Aliorum Patrum ac Script. etiã teſtimonia allegat. *ibid* § 1.

ANTITHESES SYLVII.

CVM de gratia primi hominis quęritur, reſponſio abſoluta eſt, eam non naturalem, ſed ſupernaturalem fuiſſe; quia naturæ humanæ conditio non requirebat, vt in adoptionem filiorum Dei, & ſpem gloriæ cęleſtis, quæ in clara Dei viſione conſiſtit, aſſumeretur. Ita Aug. li. de corrept. & grat. c.11. Confirmatur ex nomine gratię, quam Patres ſolent contra naturam diſtinguere. Deinde Aug. *l.4. contra Iulian. c. vlt.* & alij dicunt, Adam fuiſſe veſtitum gratiâ. Veſtis autem eſt extra naturam corporis. Eodem pertinet condemnatio quorumdam artic. per Pium V. quorum 21. dicebat: *Humanæ naturæ ſublimitas* &c. & infrà nu. 11.

In 1. p qu. 95. ar. 1.

DAMNATVS ART. XXIII.

VII. ABSVRDA eſt ſententia eorum, qui dicunt hominem ab initio dono quodam ſupernaturali & gratuito ſupra conditionem naturæ ſuæ fuiſſe exaltatum, vt fide, ſpe, charitate Deum ſupernaturaliter coleret.

Nota, horum aſſertores, ſi qui ſint, non poſſunt præſumi in natura intellectuali negare cognitionem ac dilectionem Dei naturalem, ſeu ortam ex naturæ principijs, ergo pręſumentur negare ſupernaturalem cum Pelagio: & ſicuti anteà n. 4. non agnoſcunt maius donum gratię gratis datæ quàm naturam eiuſquè creationem, ita hoc ipſo art. nullum donum gratiæ maius quam naturaliſſimum Dei amorem.

ANTITHESES ESTII.

POTVIT homo in ſtatu naturæ integræ, ſolius naturæ viribus, diligere Deum ſuper omnia, & operari omne bonum ſibi connaturale; ſi illud ſpectetur in ſe, quia erat viribus eius nondum corruptę proportionatum: ſed non potuit id facere eo modo, quo ſtatûs illius perfectio (*ſeu eleuatio*) requirebat, vt id fieret, ſcilicet referendo illud in Deum tanquam finem ſuum vltimum, eumque ſupernaturalem, abſque dono gratiæ & charitatis ſuperaddito: ſine quo ſi creatus fuiſſet, non fuiſſet obligatus ad actûs ſupernaturales, ſed tantùm ad eos, qui erant in facilitate naturæ.

In 2. diſt. 26 § 38.

ANTITHESES SYLVII.

QVAMVIS homo naturalem habeat inclinationem ad diligendum ſummum bonum, etiam pluſquam ſeipſum, (& in angelis maximè naturale ſit diligere Deum vt auctorem naturæ dilectione liberâ 1. *p. qu. 6*:. *art.* 1.) & ſuper omnia, ſolùm vt eſt fons & principium boni naturalis: tamen

In 1. 2 qu. 109. ar. 3. ad 1. & pro ſol. primi, & ad 3.

diligere

diligere Deum ſuper omnia, in quantum eſt principium & fons beatitudinis ſupernaturalis, & ſecundum quod homo habet quandam ſocietatem & communionem ſpiritualem cum Deo, in hac vita per gratiam, & in futura per gloriam, eſt actus charitatis proprius, altior quam per ſolas naturæ vires, ſcilicet per potentiam habitu diuinitus infuſo perfectam, ſuperaddita gratia, non vt auctor naturæ diligatur ſuper creaturas, ſed vt diligatur tanquam auctor beatitudinis ſupernat. Ad quem fuit difficile etiam Angelo conuerti, *In 1 p qu.*
non propter impedimentum ex corruptione naturæ proueniens, quale nul- *63. ar. 1.*
lum in eo erat, ſed ex alia cauſa, ſcilicet quia ſic conuerti, eſt quiddam ſupernaturale, ideoque vires omnes cuiuſlibet creaturæ excedens, non tantùm hominis, ſed etiam Angeli. Proinde non abſurda, ſed vera eſt ſententia eorum, qui *Par. 2. va-*
dicunt *hominem ab initio exaltatum fuiſſe dono quodam ſupernaturali & gratui-* *riarum, ver-*
to ſupra conditionem naturæ ſuæ. *bo, viſio Dei.*

DAMNATVS ART. IX.

VIII. **DONA conceſſa homini integro & Angelo, forſitan non improbandâ ratione dici poſſent gratia; ſed quia ſecundùm vſum Scripturæ, nomine gratiæ tantùm ea munera intelliguntur, quæ per Ieſum Chriſtum malè merentibus & indignis conferuntur, ideo neque merita, neque merces, quæ illis redditur, gratia dici debet.**

Quaſi verò nullam veri nominis gratiam præſtare poſſit Deus naturæ innocenti, ſed tantum inimicæ ac peccatrici: quaſi verò imagini Dei naturali nil connaturalius ſit quàm ſupernaturalis gratia; & quod eſt ſuper naturam natura ſit aut naturale, idem ſupra ſeipſum, & in duplici ordine, naturali & ſupernaturali: n. 50.

ANTITHESES ESTII.

GRATIA, vt opponatur naturæ debito, dicitur quidquid rei ſuper ea quę *In 1. diſt.*
naturaliter ipſi competunt, ad naturæ eius euectionem & ſublimatio- *40 §. 6.*
nem tribuitur. Quomodo S. Auguſt. l. 12. de ciuit. c. 9. & l. 14. c. 17. & poſt eum Scholaſtici, donum ſupernaturale gratificans, in qua Angelus & homo creati ſunt, gratiam vocauerunt. Hęc autem gratia non ita propriè miſericordia dici poteſt, eo quòd miſeriam culpæ vel pœnæ non prȩſupponat; tametſi generali quadam acceptione miſericordię, quæ à ſcripturis non eſt aliena, dici poſſit (vt ait S. Thom. 1. p. q. 23. ar. 1. ad 3.) quòd omnis collatio boni ſupra debitum eius cui confertur, ad miſericordiam pertineat.

ANTITHESES SYLVII.

GRATIA Dei magis ſpecialiter magiſq́ue frequenter ſumitur pro benefi- *In 1. 2 q*
cio, quod naturę naturalibuſq́ue perfectionibus ſuperadditur; ita vt iux- *109. initio.*
ta hanc ſignificationem, GRATIA DEI deſcribi poſſit eſſe donum ſeu beneficium ſupernaturale ad ſalutem ęternam ordinatum, ſiue illud in habitu, ſiue in actu conſiſtat, quod ſine noſtris meritis confertur. Talis erat gratia, tum angelis in ſua creatione, tum homini ante lapſum collata; atque etiam illa quę poſt lapſum datur. nam hęc deſcriptio generalis eſt, omnemque veram Dei gratiam complectitur, tam ſcilicet eam quę ex Chriſti meritis confertur, quàm quæ abſque meritorum illorum intuitu data fuit ante peccatum, ſemperq́ue fuiſſet data, ſi homo non peccaſſet. Natura datur aliquo modo *In 1. 2. qu.*
gratis, quia homo non eſt eam promeritus: non ſequitur tamen, quòd detur *111. ar. 1.*
gratis eo modo, qui gratiæ ac donis ſupernaturalibus eſt proprius: quia dona

 ſupernat.

ſupernat. ſic dantur gratis, vt nec ſint ex merito, nec ex debito, ideoqúe retinent nomen gratiæ. at dona naturalia quodammodo ſunt ex debito, illo ſcilicet conditionato, vt ſi Deus velit facere naturam, faciat eam cum proprietatibus & conditionibus illis, quas natura ſecundùm quod natura eſt, poſtulat. Vnde ex vſu ſcripturę & Theologiæ ea demum dona, quæ ſupra facultates naturæ tribuuntur, dicuntur ſupernaturalia, & nomine gratiæ diuinæ intelligenda veniunt. Sic enim loquuntur de gratia, vt ei præſupponatur natura tanquam per gratiam renouanda & perficienda, vtque ex aduerſo ſibi opponântur, naturalia & gratuita: ita Aug. epiſt. 95.

DAMNATVS ART. XXVI.

X. INTEGRITAS primæ creationis non fuit indebita naturæ humanæ exaltatio, ſed naturalis eius conditio.

Audeant pariter dicere, quòd ſecundi Adæ ſeu Chriſti integritas vnione hypoſtatica non fuerit indebita naturæ ipſius innocentiſſimæ: quaſi verò ſit debita naturaliſſimè ex arte, quâ facta eſt hæc imago Dei & *ſpeculum ſine macula*.

ANTITHESES ESTII.

IDEO creatus eſt homo extra paradiſum, & poſteà in eo poſitus, vt intelligeret ſibi non eſſe naturale, NEC EX NATVRA DEBITVM, quòd in gratia conditus eſſet, ſed agnoſcere in ea re beneficium ſupernaturale. Nec eſt exiſtimandum peccatum Adæ, quod actuale fuit, & eiuſdem generis, cuius ſunt cætera, tantæ virtutis fuiſſe, vt aliquod principium aut donum naturale tolleret: Suſtulit autem gratiam: ergo gratia in primo homine non erat donum naturale, ſed ſupernaturale. Nempe ex Dionyſio de diuinis nomin. c. 4. commune pronuntiatum eſt: *naturalia in dæmonibus poſt caſum manſiſſe integra*: Gratia non permanſit: ergo ſuper naturam eſt. Quod ſi naturale dicatur, quod naturę conſentaneum eſt, quodqúe eam ornat ac perficit, hoc modo certum eſt, gratiam non ſolùm primo homini, ſed etiam nobis eſſe naturalem, vt & cæteras virtutes omnes, ipſamqúe adeo vitam æternam. Verùm PROPRIISSIME id dicitur *naturale, quod eſt aut ipſa natura, aut pars naturę, aut quod à principijs naturæ profluit, quodúe in natura ſufficientem cauſam habet*. At nemo dixerit iuſtitiam Adæ, quæ tantæ excellentiæ fuit, vt ipſum diuinæ naturæ conſortem faceret, Deiqúe filium, & regni cæleſtis hæredem conſtitueret, ex anima eius & corpore tanquam ex cauſa naturaliter exortam eſſe, aut ſolis naturę viribus acquiri potuiſſe; vt artes, ſcientię, cæteriqúe habitus, qui idcirco rectè vocantur naturales: certè neque humanæ naturę ratio, neque ſimplicis cuiuſdam innocentię integritas requiſiuit tantum honoris & glorię, vt in conſortium diuinæ naturæ & adoptionem filiorum Dei, & in ſpem & participationem gloriæ cęleſtis, quæ in clara Dei viſione conſiſtit, homo aſſumeretur; quaſi nimirum aut non potuerit eſſe homo, niſi tali dignitate in creatione ſua præditus eſſet, aut non potuerit eſſe rectus, & ab omni vitio liber, niſi tam præclaris animi dotibus eſſet exornatus, tantæqúe ſimilitudinis ac ſocietatis excellentiâ Deo conditori ſuo propinquaret. Illud Auguſtini *l. 12. de ciui. c. 1.* de angelis; *cùm vitium creaturæ angelicæ dicitur, quod non adhæret Deo: vnde apertiſſimè declaratur, eius naturæ, vt Deo, adhæreat conuenire*; Et illud l. 11. de ciuit. c. 17. *Non eſſet vitium recedere à Deo, niſi naturæ, cuius id vitium eſt, potiùs competeret eſſe cum Deo*; veritatem habent de homine & Angelo, quales facti ſunt, NON QVALES FIERI POTVERVNT. Ex quo enim conditi ſunt in gratia, vitioſum eſt illis & naturę eorum ſic conditę, quòd

In 2. d. 25. §. 3. & 4. expreſſo titulo; *An gratia fuerit primo homini naturalis*: quod fundamẽtum totius erroneæ doctrinę ibid. euertitur. Eâdem deſcriptione vtitur *Sylueſter in 1. p. qu. 95. ar. 1. qu. 2.* Ita naturalis eſt animæ creatio, quia ad exigentiam diſpoſitionis & ſpecies intelligibiles angelo infunduntur naturaliſſimè, & lumen aëri &c. licet non ex efficientia eorum ſed Auctoris naturę, qui natura prima eſt, vel ſolis vt cauſæ vniuerſalis. Naturale aliquando dicitur omne id, cum quo

quòd gratiam non habeant, quia ſine peccato non amittitur. Ita ab eodem l. 13. de ciuit. c. vlt. anima carens ſpiritu Dei mortua eſſe dicitur, quia ſic in primo homine creata eſt vt ſpiritum Dei haberet, quo nunquam deſtituta fuiſſet, ſi non peccaſſet. Cęterum gratia ab Aug, vocatur indumentum *l* 4. *contra Iulian. c. vlt. Qui veſtitus gratiâ non habebat in ſuo corpore quod puderet, ſpoliatus gratiâ ſenſit quod operire deberet.* At indumentum extra naturam corporis eſt quod tegitur; ergo nec gratia pertinet ad naturam hominis. Accedit reprobatio articulorum auctoritate Sedis Apoſtolicę facta: *Integritas primæ creationis* &c. *Humanæ naturæ ſublimatio* &c. n. 6. *Abſurda eſt ſententia* &c. n. 7. *falſa eſt DD. ſententia* n. 2.

natum aut creatum eſt quidpiam, etiãſi ſimpliciter ſit aut ſupra naturam: ſic *naturâ filij ira* dicimur ad Epheſ. 2. & peccatum, quod naturę corruptela eſt, [a]

[a] naturale nobis eſt, & GRATIA generi humano, quatenus eam omnes in Adam accepimus: SIMPLICITER autem SVPERNATVRALIS eſt dicenda, quia nec ſecundùm ſe, nec ſecundum ſemen aliquod ſuum eſt in principijs naturæ, ſed donum eſt omnem naturæ facultatem excedens: *in 2. diſt. 3. §. 8.*

ANTITHESES SYLVII.

QVID de illo dogmate, quo docetur clara Dei viſio, adeoqúe etiam gratia ad eam conſequendam neceſſaria, humanæ naturæ per ſe ſpectatæ deberi ex iuſtitia? Reſp. illud dogma repugnare rationi, ſacræ ſcripturæ, & SS. Patribus. cùm enim eſſentia Dei clarè viſa, ſit obiectũ ſuper-excedens facultatẽ cuiuſlibet intellectûs creati (vt B. Tho. 1. p qu 12. ar. 4. & 5. eiqúe omnes Schol. conſentiunt) conſequẽs eſt claram Dei viſionem nulli creato intellectui eſſe naturalẽ; nec ſolũ non eſt naturalis humano poſtquã peccauit homo, ſed nec angelico, nec etiam humano ante peccatũ, eo ipſo ſcilicet quo intellectus ille eſt quidpiam creatum. Vnde *B. Tho. qu. de anima inter diſp. art. 7. ad* 10. de angeli & hominis fine ſcribit, *quòd beatitudo æterna eſt finis vltimus & ſupernaturalis*: idemque repetit 1. p. qu. 75. ar. 7. ad 1. Sed & dudum anteà tum beatitudinem, ſeu viſionem beatificam, ad quam homo, ſiue conſideretur ante peccatum, ſiue poſt illud, eſt a Deo vocatus; tum gratiam aliaqúe dona ſpiritualia, quibus iuſtificatur & ad beatitudinem diſponitur, Sancti Patres vocant ſupernaturalia: Athanaſius *orat. 1. contra Arian.* Cyrillus *l. 1. in Ioan. c. 9. Miſericors verè Dominus eſt, qui creaturam paruam atque abiectam ſecundùm naturam, magnam atque mirabilem ſuâ efficit bonitate:* Quibus verbis cùm diſtinguat creaturam prout eſt ſecundùm ſuam naturam, & prout eſt ex Dei miſericordia & bonitate, manifeſtè oſtendit eam non EX DEBITO, ſed ex gratuito Dei dono fieri magnam & mirabilem. Vnde ſic c. 13. hortatur: *Adſcendamus ad ſupernaturalem dignitatem per Chriſtum, non tamen vt propriè ſicut ille, ſed vt ſimilitudine illius per gratiam filij Dei ſimus.* Et mox: *Creatura cùm ſerua ſit, nutu ſolùm & voluntate Patris ad ſupernaturalia vocatur.* Rurſum c. 14. *Gratiâ ad ſupernaturalem gloriam euolamus.* Cùm igitur ea quæ ſunt ſupra naturam ſupernaturalia ſint, & propterea non debeantur naturæ, pręſertim ex iuſtitia: imò repugnat [a] eſſe gratiam, & eam naturæ ſecundùm ſe ſpectatæ debitam eſſe ex iuſtitia: gratia namque ſonat aliquid indebitum ad Rom. 4. *Ei qui operatur merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundum debitum.* Et c. 5. *Gratia Dei vita æterna.* Vnde Auguſt. Enchir. c. 107. *Gratia niſi gratis ſit, gratia non eſt.* Et l. *de gratia Chriſti* c. 23. *Quomodo eſt gratia, ſi non gratis datur? Quomodo eſt gratia, ſi ex debito redditur? Quia* (ſicut c. 31. ait) *niſi gratuita non eſt gratia.* Et l. de peccato orig. c. 24. *Non enim Dei gratia, gratia erit vllo modo, niſi gratuita fuerit* OMNI MODO. Quibus ſimilia repetit *in expoſ. Pſalm.* 18. Addi hic poteſt, Pium V. & Gregor. XIII.

Part. 2. *variarum*, verbo, *viſio Dei.*

Proportio inter opera naturę & præmia gratiæ nulla eſt: ergo nec inter naturam & gratiã, & contrà n. 16.

[a] Si gratiæ propriè dictæ repugnat ex Apoſt. vt ſit ex *operib.* multò magis repugnat vt ſit debita naturę ſine

operibus inuiolabiliter; quaſi verò ſit proprietas arctiſſimo vinculo connexa: nam ſi ea eſſet, nec peccatum ipſam deſtrueret, cùm nil naturale deſtruat.

inter

Inter varios art. condemnaſſe hunc: *Humanæ naturæ ſublimatio* &c. n. 6. & alium: *abſurda eſt ſententia eorum* &c. n. 7. Itemque iſtum: *Integritas primæ creationis* &c. n. 10. Ex his enim legitimè, vt fateri neceſſe eſt, à Sede Apoſtolica condemnatis, affirmare oportet, *humanæ naturæ ſublimationem & exaltationem in conſortium diuinæ naturæ non eſſe debitam integritati primæ conditionis;* atque adeò nec naturæ ſecundùm ſe ſpectatæ: & vlterius dicendum, quòd *integritas primæ creationis fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, & non naturalis eius conditio.* Ita 2. Febr. 1642. reſponſum.

Gratia ſi vllo modo debita nullo modo gratia, per Aug.

XII. Reſp. non ſequi quòd intellectus creatus habeat naturalem inclinationem ad Deum clarè videndum: & omninò concedendum, hominem naturalibus ſuis viribus relictum abſque vlla de poſſibilitate Viſionis Dei cognitione, non poſſe elicere ſimplex & abſolutum deſiderium hoc, *Volo Deum videre per eſſentiam;* idque affirmat B. Tho. 1. p. qu. 62. ar. 2. *Videre Deum per eſſentiam eſt (in quo beatitudo vltima creaturæ rationalis conſiſtit) eſt ſupra naturam cuiuſlibet intellectûs creati. Vnde nulla creatura rationalis habere poteſt motum voluntatis ordinatum ad illam beatitudinem, niſi mota à ſupernaturali agente.* Deſiderium ergo videndi Deum, quod B. Tho. dicit hîc eſſe naturale, non eſt ſimplex & abſolutum, ſed vel conditionatum, ſi fieri poteſt; vel in communi, quantum videri poteſt: in 1. *p. qu.* 12. *ar.* 1. *ad* 2. Abſolutum ergo & perfectum deſiderium videndi Deum, non eſt homini naturale; conditionatum & imperfectum naturale eſt; quod non tantùm ſe extendit ad ea, quæ naturæ viribus acquiri poſſunt, ſed etiam ad alia quæ naturam perficere apta ſunt, etſi non poſſint acquiri, niſi per ſuperiorem aliquam potentiam; nam anima ſeparata naturaliter inclinatur ad corpus, cæcus ad videndum, infirmus per naturam incurabilis naturaliter appetit ſanitatem, cum tamen abſque virtute ſupernaturali anima ſeparata non poſſit corpori reuniri, nec cæco viſus, nec tali infirmo ſanitas reddi: in 1. 2. *qu.* 3. *ar. vlt.* Quamvis igitur inſit homini aliqualiter naturale deſiderium videndi Deum, hic tamen finis, quoad aſſecutionem, eſt ſimpliciter naturalis, ex D. Tho. quapropter arguere ſic licet: Beatitudo æterna eſt finis ſupernat. Ad finem ſupernat. opus eſt medijs ſupernat. ergo gratia primo homini collata, cum ſit medium ad finem ſupernat. ipſa eſt ſupernaturalis. Nota, præter hunc finem alius eſt homini naturalis, ſcilicet contemplatio Dei in creaturis, ad quem pertingere poſſet ſine gratia gratum faciente, & cuius ſolius appetitum potuiſſet Deus homini indere; ſed non ſic hominem inſtituit.

Objic. Naturalis finis intellectualis creaturæ eſt æterna beatitudo, quâ Deus videtur ſicuti eſt. ex D. Tho. 1. p. qu. 12. ar. 1. & Aug. 1. *Conf.* c. 1. *feciſti nos ad te Deus, & inquietum* &c.

Imò Catholica eſt veritas, appetitum naturalem non niſi naturalem beatit. appetere, quantumuis imperfectam, cũ quâ miſeriæ aliquæ non pugnarent in ſtatu puræ naturæ: *theſi propug.* 18. *Apr.* 1644.

Nullum finem homini naturaliorem quàm ſupernaturalem, contradictio clara eſt.

CAPVT II.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Actus ſupernaturales fuiſſe naturales in ſtatu innocentiæ, & naturâ ſuâ ad ſupernaturale præmium ordinatos.

DAMNATVS ART. XXXIII.

XIII. DISTINCTIO illa duplicis amoris, videlicet quo Deus amatur vt auctor naturæ; & gratuiti, quo amatur Deus vt glorifi-

Vide infrà c. 14.

glorificator eſt, eſt vana & commentitia, & ad illudendum ſacris litteris, & plurimis veterum teſtimonijs excogitata.

Quaſi verò ſit impoſſibilis amor naturalior quàm quo ſupernaturalis glorificator amatur; & hunc amorem gratuitum & ſupernaturalem debeat naturæ Deus, ex naturæ inſtitutione; hocque debitum ſupernaturalis amoris ſit naturaliſſimum; amore ſupernaturali vt naturali fini Deo adhæreat creatura; & modo maximè connaturali indius naturę ſit amor ſupernaturalis per veram cõtractionem inſpiratus. Quot termini, tot contradictiones.

ANTITHESES ESTII.

POTIVS exiſtimandum eſt primo homini ſupra eam cognitionem, quam naturaliter velut creatura mente & ratione prædita, de Deo, vt rerum omnium auctore ac gubernatore, habere & conſequi potuit, nec non ſupra eum dilectionis affectum, quo ex naturæ viribus in Deum, vt benefactorem ſuum aſſurgere potuit, altioris ac diuinioris ſapientiæ lumen infuſum fuiſſe, quo mens eius illuſtrata, non ſolum ſublimiore cognitione, verum etiam præſtantiore dilectione, ſuo conditori velut Patri & Amico, tanquam vnus cum eo ſpiritus arctiſſimo cuiuſdam ſocietatis vinculo iungeretur. In 2. diſt. 25. § 4.

ANTITHESES SYLVII.

DVPLEX eſt dilectio Dei *ſuper omnia;* vna qua Deus diligitur, vt auctor naturæ bonorumque naturalium, & vt finis vltimus, qui naturæ eſt proportionatus: altera quâ diligitur vt auctor gratiæ aliorumque donorum ſupernaturalium. Vtramque enim dilectionem hanc agnoſcit B. Tho. 1. p. q. 60. ar. 5. eamque neceſſariò agnoſcendam eſſe probari poteſt ex eo, quòd Pius V. & Gregor. XIII. inter varios artic. etiam condemnarunt hunc: *Diſtinctio illa duplicis amoris* &c. Hæc autem particula, *ſuper omnia,* non æqualiter accipienda eſt in vno amore ſicut in altero, ſed cum proportione; ita vt in amore naturali intelligatur ſuper omnia, quæ continentur in ordine naturali: & in amore gratuito, ſeu ſupernaturali, intelligantur omnia abſolutè cuiuſcumque ſint ordinis, ſiue naturalis ſiue ſupernaturalis. Ratio eſt quam adfert Suarez *l. 1. de neceſſitate grat. c.* 31. quia naturalis dilectio Dei ſuper omnia, ſi ſecundum ſe conſideretur, includit voluntatem ſeruandi omnia mandata, non ſimpliciter, ſed ordinis naturalis, & conſequenter de ſe tantùm vult vitare peccata omnia his præceptis contraria, quia illa ſola poſſunt naturaliter apprehendi, vt amori Dei contraria. At verò dilectio Dei vt largitoris donorum ſupernaturalium includit voluntatem ſeruandi omnia præcepta ſimpliciter, etiam illa quæ ſunt ſupernaturalia. Supponit enim cognitionem præceptorum, non tantùm eorum, quæ ſunt ordinis naturalis, ſed etiam eorum quæ ſunt ordinis ſupernaturalis, & propterea debet includere voluntatem omnia ſeruandi, quæ ſunt amori etiam ſupernaturali contraria. Ex quibus intelligi poteſt eam dilectionem, quæ eſt Dei ſolum, vt auctoris bonorum naturalium, non eſſe *ſuper omnia* ſimpliciter, ſed ſecundum quid; quia cùm ſit inferioris ordinis, non extenditur ad ea, quæ ſunt ordinis ſuperioris, ſed tantùm ad ea, quæ ſunt ordinis naturalis. At amor gratuitus & ſupernaturalis, cum ſit ſuperioris ordinis, complectitur omnia, etiam quæ ſunt cuiuſcumque ordinis, quatenus poſſunt quocumque modo auertere à Deo, vel ad Deum ordinari. In 1. 2. q. 109. ar. 3.

DAMNATVS ART. XXXVI.

XIV. Amor naturalis, qui ex viribus naturæ exoritur, ex ſola Philoſophia per elationem præſumptionis humanæ cum iniuria crucis Chriſti defenditur à nonnullis Doctoribus.

Digitized by Google

Quaſi verò dari poſſit verior chymera, quàm intellectualis natura incapax naturalis amoris ac cognitionis ſui auctoris, capax ſupernaturalis cognitionis & amoris eiuſdem.

ANTITHESES ESTII.

NIHIL prohibet actus ſupernaturales ac proinde meritorios cognitionis & dilectionis ſimul ab initio fuiſſe cum naturalibus in angelis; ſicut ſimul eſſe poſſunt in ſtatu beatitudinis. Non enim gratia deſtruit naturam. Concilia verò & Patres non negant quamcumque Dei dilectionem haberi poſſe ſine gratia, ſed ſuam illam doctrinam ad dilectionem certi generis & modi reſtringunt. Arauſic. can. vlt. expreſsè dicit, liberum arbitrium ita inclinatum eſſe per peccatum, vt nullus diligere Deum poſſit, *ſicut oportet*, niſi eum gratia & miſericordia Dei prçuenerit. Quâ limitatione ſatis ſignificat ſine huiuſmodi gratia Deum diligi poſſe aliquo modo, ſed non, *vt oportet*. Trident. quoque ſeſſ. 6. can. 3. clauſulam eandem, *ſicut oportet*, ſuæ definitioni ſtudioſè adiecit. Item Auguſt. non diſſimili reſtrictione vſus eſt, quando dixit l. 4. contr. Iuli. c. 3. amorem Dei, quo PERVENITVR AD DEVM, non eſſe niſi à Deo. His adde teſtimonia Patrum ac Concil. quibus illud bonum, quod ſine Chriſti gratia non poſſumus, exponunt de bono pertinente ad pietatem & ſalutem vitæ æternæ. Ex quibus omnibus apertè colligitur, eſſe aliquam dilectionem Dei, quâ diligitur, non vt oportet, neque cum voluntate obediendi, & quâ non peruenitur ad Deum, & quæ non eſt ſancta dilectio, nec ad pietatem pertinet, nec ad ſalutem çternam conducit, atque huiuſmodi dilectionem haberi poſſe abſque auxilio ſpeciali gratiæ: etſi Aug. l. 8. de Trini. c. 7. talem dilectionem non dignatur nomine dilectionis: *hæc eſt*, inquit, *vera dilectio, vt inhærentes veritati, iuſtè viuamus.* Confir. Qui nouit ex naturalibus diuinæ naturæ excellentiam, ſicut Philoſophi, teſte Apoſt. ad Rom. 1. poteſt illi bono aliquo modo affici per voluntatem: hoc autem eſt diligere. Vnde nec Apoſt. eo loco negat, eos qui ſic Deum cognouerunt, dilexiſſe Deum; ſed negat ſicut Deum glorificaſſe & gratias egiſſe, ſine quibus duobus ſtare poteſt aliqualis dilectio. Quod autem talis dilectio non ſit ex gratia Dei per Chriſtum, ſic prob. non habet ordinem ad beatitudinem ſupernat. nec ad ſpem vitæ æternç: nam vbi nulla illuſtratio ſupernat. ibi nullum eſſe poteſt opus ordinem habens ad beatitudinem ſupernat.

In 2. d. 3. § 11.

Et d. 16. §. 28.

Multò perfectior naturalis amor Dei competebat viribus liberi arbitrij ante peccatũ, nullus tamen naturalis ad ſupernaturalem finem ſalutem re perducebat.

Aug. vult vocari potius cupiditaté, quia dilectio imperfecta non vult omne bonum Deo, cum non tollat omne malum ſeu peccatum.

ANTITHESES SYLVII.

QVERI poteſt, An non ſit Angelis etiam naturale diligere Deum, vt auctorem naturæ, dilectione liberâ? Reſp. eſſe naturale tanquam conſentaneum naturæ naturalique inclinationi; ita ſecundùm quod fuerunt creati in gratia, libera dilectio Dei vt auctoris naturæ, & dilectio eiuſdem, vt obiectum eſt beatitudinis ſupernat. inſeparabiliter ſe comitantur in Angelis; ita vt illæ dilectiones ab initio fuerint ſimul in omnibus, neutra deinde in dæmonibus, vtraque verò ſemper in Angelis beatis----Quare amor naturalis tripliciter dici poteſt: Vnus non elicitus, qui non eſt aliud quàm inclinatio rei in ſuum bonum ab auctore naturæ impreſſa. Secundus dicitur elicitus, quem potentia libera elicit quidem, at non per modum potentiæ liberæ, ſed per modum naturæ, ſiue quem voluntas vt natura elicit neceſſariò & non liberè. Tertius qui elicitur quidem liberè, ſed per ſolas naturç vires, vt circa Deum ſolum vt auctorem naturæ bonorumque naturalium---Denique Pius V. & Greg. XIII. condemnarunt etiam articulum hunc: *Amor naturalis, qui ex viribus naturæ* &c.

In 1 p. q. 63. ar. 1.

Et in 1. 2. qu. 109. ar. 3.

Ibid. ar. 2.

DAMNA-

Digitized by Google

DAMNATVS ART. XI.

XVI. QVOD piè & iuſtè in hac vita mortali vſque in finem conuerſati vitam conſequimur ęternam, id non propriè gratiæ Dei, ſed ordinationi naturali ſtatim initio creationis conſtitutę, iuſto Dei iudicio deputandum eſt: nec in hac retributione bonorum ad Chriſti meritum reſpicitur, ſed tantùm ad primam inſtitutionem generis humani, in quâ inſtitutum eſt lege naturali, vt iuſto Dei iudicio, mandatorum obedientię vita æterna reddatur.

Hæc propoſitio omnem gratiam Dei extrinſecam, quâ gratis eleuata eſt natura ad ſupernaturale præmium viſionis beatæ pernegat etiam in præſenti ſtatu.

Hoc eſt, nec gratiæ Dei debet homo quòd ſit euectus ad ſtatum ſupernat. nec gratiæ Chriſti, quòd eidem ſit reſtitutus, ſed ſoli naturæ ſuæ: nec gratia ſanctificans eſt ſemen gloriæ, ſed natura; nec opera bona prout à gratia ſunt meritoria gloriæ, ſed prout à natura; qui errores ſunt: nam proportio inter naturam & viſionem Dei ſupernat. nulla eſt: ergo nec inter opera, vt à natura ſunt, & præmium ſupernat.

ANTITHESES ESTII.

In 2. d. 15. § 4.

ILlud porrò nequaquam credibile eſt, ad eum finem vltimum, qui in clarâ viſione Dei conſiſtit, quo nihil homini contingere potuit, neque maius neque optabilius, tendere ac pertingere eum potuiſſe per merita, quæ ex ſolis haberet naturæ viribus, ſcilicet non adiutis aliquo dono ſupernaturali; cùm potiùs ratio doceat, ad huiuſmodi finem conſequendum opus eſſe homini magna Dei dignatione & liberali benignitate, quę vires naturæ eius *ac naturalium* ad eam rem prorſus deficientes LONGISSIME excellat .. Quamuis enim non potuiſſet homo alicuius ſaltem ſuæ beatitudinis fine fruſtrari (finis enim intellectualis creaturę eſt beatitudo quam proinde appetit neceſſariò) longè minoris tamen beatitudinis appetitum homini, ſicut & Angelo, inſerere Deus potuit; quâ ſolâ ſecundùm ſuam naturam contêtus, ſublimiori illâ felicitate ſine moleſtia careret: n. 11.

Quaſi verò clara Dei viſio negari nō poſſit creaturæ, dum modo ſeruet creationis innocentiam, & præceptū vnum negatiuum faciliimū: *ne comede* &c.

ANTITHESES SYLVII.

STultè ſapiunt Lutherus *in bullam. Leo. ar. 6*. Et melancthon *in eius apol.* vbi Pelagianiſmi arguunt Theologos, qui aſſerunt dari amorem Dei naturalem & cognitionem, quæ ipſa fuiſſet puræ naturę felicitas, licet multa defuiſſent, ad quæ adſpiraſſet homo, & nunquam ad complexionem omnium bonorum animi corporiſque beatitudinem concomitantium, perueniſſet. Viſionem Dei claram eſſe ſupernaturalem, nec ipſe Pelagius negauerit, qui ignorare non potuit, operationem, quę eſt beata viſio formalis, ſolis naturę viribus exerceri non poſſe, nec in poteſtate naturę eſſe--- Quia tamen Pelagius naturam innocentem ſine gratia intrinſeca ad ſupernaturalem illam viſionem eſſe ordinatam ſolo creatoris fauore extrinſeco, aſſeruit, meritò ab Eccleſia damnatus eſt: multò magis errorem hunc ſaperet, ſi quis affirmaret, naturæ innocenti intrinſecam gratiam ac Viſionem ſupernat. eſſe debitam, nullo fauore Dei extrinſeco, qui beneficio creationis ſuperadditus ſit. *Gratia* ac beata Viſio, ſi *ex operibus* aut meritis naturæ darentur, *iam non eſſet gratia* per Apoſt. ad Rom. 11. multò minus ſi ſine meritis operum ipſi naturæ à ſuo conditore deberentur. Quâ igitur ratione conſtat, opera naturę quantumvis heroica, eſſe toto ordine ſuo improportionatiſſima ad Viſionem Dei beatam, ſicut ad gratiam in genere cauſæ meritoriæ, eâdem aut maiore certitudine euidens eſt, naturam ipſam creatam minimè exigere beatitudinem toto ordine diſtantem, nec in genere cauſæ efficientis ad illam adſpirare

In theſi propug. 12. Apr. 1644.

Quod eſt debitum naturæ, naturale eſt ac natura ipſa, non gratia.

Digitized by Google

ſpirare, niſi gratiâ adiutam; imò nec ſupernaturalem fidem ad illam ſufficere, niſi nata ſit per charitatem opera bona eiuſdem ordinis exercere: n. 11.

DAMNATVS ART. V.

XIX. IN promiſſione facta Angelo & primo homini continetur naturalis iuſtitiæ conſtitutio, quâ pro bonis operibus, ſine alio reſpectu, vita æterna iuſtis promittitur.

Erronea hæc propoſitio ſonat, quòd natura aut naturalia ſint principia meritorum ſupernaturalium & præmij ſupernaturalis; & quòd vita æterna ſit promiſſa operibus naturæ ex iure perfecto, abſoluto, rigoroſo, quaſi Deus non potuerit eam non promittere, niſi facta iniuriâ ſuæ liberalitati, aut etiam naturæ: at quis ſibi facit iniuriam vtendo libertate ſuâ? n. 24.

ANTITHESES ESTII.

GRatia eſt principium bene operandi, quam proinde ſimul cum naturâ, In 2. d. 3 §. 8. & d. 26. § 43.
quę eſt principium operandi, exiſtere oportet --- Alia eſt ratio eius qui nullo modo eſt in gratia, alia eius qui in gratiâ eſt. Nam quòd ille vitet peccatum, nullo modo ordinatur in vitam æternam; in iſto ordinatur, in quantum homo iam habet gratiam, quæ eum ordinat ad vitam æternam. Quamvis ergo ad non peccandum, & ad bene moraliter operandum, valeant aliquò vſque vires naturæ, non tamen ad hæc valent, quatenus per ea permanetur in ſtatu gratiæ ducentis ad vitam ęternam.

ANTITHESES SYLVII.

VIrtutes, ſicut & gratia, ſunt principia bene viuendi & ad terminum In 1. 2. q. 110. a. 1. 4. ad 2.
tendendi, ex B. Tho. hîc: *Gratia eſt principium operis meritorij, medijs Virtutibus: ſicut eſſentia animæ eſt principium operum vitæ mediantibus potentijs.* Ibid qu. 114. a. 2.
---Poſſet quidem Deus homini ſine peccato & gratia operanti promittere vitam æternam; at non idcircò eam deberet vt mercedem ex vera iuſtitia, ſed tantùm vt donum ex fidelitate debitum. Nec congruum eſt, vt Deus remuneretur niſi in eodem ordine; ita vt ſi viribus naturę homo faceret quod in ſe eſt, congruum foret, vt Deus retribueret aliquid ordinis naturalis, non ſuperioris ſeu ſupernaturalis, ita ſi per vires naturæ adiutas ſupernaturali ſeu verâ gratiâ faciat quod poteſt, congruum eſt, vt Deus aliquid ei donet ordinis ſupernaturalis; vtpote gratiam vlteriorem.

DAMNATVS ART. XII. & XIII.

XX. PElagij ſententia eſt, opus bonum citra gratiam adoptionis factum, non eſſe regni cæleſtis meritorium. (Imò verò Catholica ac veriſſima ſententia hæc ipſa eſt.) Opera bona à filiis adoptionis facta, non accipiunt rationem meriti ex eo, quòd fiant per Spiritum adoptionis inhabitantem corda filiorum, ſed tantùm ex eo, quòd ſunt conformia legi, quodque per eam præſtatur obedientia legi. Vide c. 14.

Hoc omninò eſt gratiam ad nihilum redigere, dum dicitur, quòd nec dignificet opera bona, proinde nec naturam; quaſi natura à ſe dignitatem habeat, ipſamque operibus conferat.

ANTITHESES ESTII.

SCiendum omnem meriti noſtri rationem eſſe ex gratia. Hinc eſt facilè In 3 diſt. 27 §. 5.
tollere apparentem repugnantiam inter gratiam & merita: non enim merita ex quibus & pro quibus æterna vita ſperatur, ſtatuuntur tanquam noſtra, id eſt proprijs viribus comparata, ſed tanquam ex Dei gratiâ. Quare dum

Digitized by Google

dum omne meritum gratiæ Dei adſcribitur; id quod ex meritis expectamus, conſequenter etiam ex Dei gratiâ, quæ fons meriti eſt, expectari fatemur. Vnde vita æterna, ſimul gratia & merces eſt. Ita Aug. epiſt. 105. *Ipſa vita ęterna quæ in fine & ſine fine habebitur, ideò meritis precedentibus redditur; tamen eadem merita, quibus redditur, non à nobis parata ſunt per noſtram ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam, etiam ipſa gratia nuncupatur, non ob aliud, niſi quia gratis datur. Nec ideo, quia meritis non datur, ſed quia data ſunt & ipſa merita, quibus datur.*

ANTITHESES SYLVII.

In 1.2.q. 114 ar. 2.

NEque homo in ſtatu naturę integrę, qualem naturam habuit primus parens antequam peccaret, conſideratus tamen abſque gratia, quam ipſe habebat, vnquam poſſet mereri vitam æternam abſque gratia: quia meritum hominis pendet ex præordinatione Dei: actus autem hominis abſque gratia non ordinatur à Deo ad vitam æternam; quia actus vniuſcuiuſque rei non ordinatur diuinitus ad aliquid excedens proportionem virtutis, quæ eſt principium actus: cùm ex inſtitutione Diuinæ prouidentiæ ſit, vt nulla res agat vltra virtutem quam habet. Vita verò ęterna ſuperexcedit proportionem naturę creatę---- S. Thomæ doctrina eſt, neminem poſſe mereri vitam ęternam, niſi habeat gratiam, tam habitualem quàm actualem. Nam ſcripturę teſtantur vitam æternam eſſe hæreditariam filiorum Dei, Ioan. 8. *Seruus non manet in domo in ęternum; filius manet in æternum*: Ad Rom. 8. *Si filij, & hæredes.* Quamuis autem ſeruus multis annis ſeruiat domino ſuo, nunquam ad hęreditatem pertinget ſolo ſeruitutis titulo; imò nec eam verè ac propriè merebitur. Denique in ſacris literis docetur, quòd cùm deſierit quiſpiam eſſe amicus Dei, id eſt, gratiam perdit, merita amittat. Ezech. 18. *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius non recordabuntur*: id quod non fieret, ſi merita non penderent à perſonę qualitate, ſed à ſola legis obedientiâ. Sicut enim non perdit mercedem is, qui in alterius vineâ laborat, etſi deſinat eſſe amicus eius, eo quòd iſtud meritum in amicitia non fundetur, ſed in ſolo opere; ita & hîc fieri deberet. Denique condemnati ſunt à Pio V. & Greg. XIII. diuerſi articuli; vnus 13. *Opera bona à filijs adoptionis* &c. ac etiam iſte 12. *Pelagij ſententia eſt opus* &c.

Prob ex Gen 4 B. Gregor. l. 22. Moral. c 12. *Prius reſpexit ad Abel, deinde ad munera eius* &c.

XXI. DAMNATVS ART. II.

SIcut opus malum ex natura ſua eſt mortis æternæ meritorium, ſic opus bonum ex natura ſua eſt vitę æternę meritoriū.

Quaſi verò liberalitas ac munificentia Dei remunerari non poſſit vltra condignum opera bona, nec iuſtitia ipſius punire citra condignum opera mala; aut rerum natura tollat libertatem ab attributis diuinis, rerumque dominium, aut merces debeatur citra promiſſionem.

ANTITHESES ESTII.

In 3. d. 27. §. 3. ex Aug.

CVm dixiſſet Apoſt. *ſtipendium peccati mors*, quis non *conſequenter & congruentiſſimè iudicaret addere: ſtipendium autem iuſtitiæ vita æterna? & verum eſt, quia ſicut merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors, ita merito iuſtitiæ tanquam ſtipendium vita æterna. Sed B. Apoſt. aduerſus elationem vigilantiſſimè* militans, *Stipendium*, inquit, *peccati mors.* Deinde, *ne iuſtitia ſe extolleret de humano bono merito, ſicut humanum meritum malum non dubitatur eſſe peccatum, non à contrario retulit dicens: Stipendium iuſtitiæ vita æterna;* Sed *Gratia*, inquit, *Dei vita æterna*: ita Aug. epiſt. 105. qui & paulo pòſt: *O homo, ſi accepturus es vitam ęternam, iuſtitiæ quidem ſtipendium eſt, ſed tibi gratia eſt,*

cui gratia eſt & ipſa iuſtitia. Tibi enim quaſi debita redderetur, ſi ex te tibi eſſet iuſtitia, cui debetur.

ANTITHESES SYLVII.

DVbium eſſe non poteſt, quin plura requirantur ad bene ac meritoriè operandum, quàm ad malè agendum. Peccatum mortale ex ſe habet dignitatem damnationis, non ſimiliter bona opera dignitatem vitæ, niſi fiant cum gratia--- Dices: Si vita æterna ſit merces bonorum operum, cur Apoſt. ad Rom. 6. ſicut dixit, *Stipendium peccati mors,* ita non ſubiunxit, ſtipendium iuſtitiæ, vel bonorum operum vita æterna? Reſp. cum Aug. epiſt. 105. Apoſtolum potuiſſe ita loqui, ſed abſtinuiſſe propter noſtram ſuperbiam, ne de humano merito nos extolleremur. Ac inſuper, quoniam opera noſtra non ita ex ſe, ſeu ex natura ſua, ſecluſis gratiâ & promiſſionibus diuinis, merentur vitam æternam, ſicut peccatum mortale ex ſe, ſeu ex natura ſua meretur mortem.

In 1. 2. q. 114. ar. 2. & 3.

DAMNATVS ART. XIV.

XXIII OPera bona iuſtorum non accipiunt in die iudicij extremi ampliorem mercedem quàm iuſto Dei iudicio mereantur accipere.

Quaſi verò nullas debeant iuſti gratias liberalitati diuinæ ac munificentiæ; aut cogatur Deus remunerari ſummum quantum, nullâ ratione habitâ perſonæ dignæ vel dignioris, aut promiſſionis liberrimæ: quaſi verò opus, etiam ſine reſpectu ad gratiam, ſit gloriæ meritorium de condigno.

ANTITHESES ESTII.

AVguſtinus lib. de grat. & lib. arb. c. 8. *Si vita æterna bonis operibus redditur, ſicut apertiſſimè dicit ſcriptura, quando Deus reddet vnicuique ſecundum opera ſua, quomodo gratia eſt vita æterna, cùm gratia, non pro operibus reddatur, ſed gratis detur? Iſta quæſtio nullo modo mihi videtur poſſe diſſolui, niſi intelligantur & ipſa opera bona, quibus æterna redditur vita, ad Dei gratiam pertinere.* Et lib. de corrept. & gra. c. 13. *Quia & ipſa vita æterna, quam certum eſt bonis operibus debitam reddendi, à tanto Apoſt. gratia Dei dicitur, cum gratia non operibus reddatur, ſed gratis detur: ſine vlla dubitatione confitendum eſt, ideo gratiam vocari vitam æternam, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini.* Plura de gra. & lib. arb. c. 6. & 7. vbi oſtendit omnia bona merita eſſe Dei dona. Et l. 9. confeſſ. c. 13. Enchir. c. 107. Cæleſti. in epiſt. ad Epiſc. Gall. c. 12. *Tanta eſt erga* OMNES *homines bonitas Dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro his quæ largitus eſt, æterna ſit donaturus.*

In 3. diſt. 26. §. 5.

Si vita æterna eſt gratia, ſupra debitum eſt. Procul dubio Deus etiam Angelos remuneratus eſt vltra condignum ſubſtantiæ operis.

ANTITHESES SYLVII.

SI opus hominis iuſti conſideretur ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum quod procedit à libero arbitrio, non eſt meritorium vitæ æternæ de condigno; quia non eſt meritum de condigno, niſi opus habeat aliquam æqualitatem & condignitatem ad præmium ſeu mercedem: opus autem ita conſideratum non habet condignitatem illam, ſed inæqualitatem maximam. Opus idem iuſti conſideratum *ſecundum ſubſtantiam operis & ſecundum quod procedit à libero arbitrio,* moto tamen per gratiam Dei actualem, & non ſecundum quod eſt informatum gratia habituali, eſt de congruo meritorium vitæ æternæ: quia congruum eſt, vt hominem operantem ſecundum totam virtutem, Deus remuneretur ſecundum excellentiam ſuæ virtutis; vita autem æterna eſt ſecundum excellentiam virtutis Diuinæ. Simpliciter abſolutè dicendum

In 1. 2. q. 114. ar. 3.

Digitized by Google

dicendum eſt hominem in gratia conſtitutum poſſe mereri vitam ęternam de condigno : quia eiuſdem opera debent conſiderari ſecundum quod procedunt à gratia tum inhabitante, tum mouente. Cæterùm rectè Bernard. ſerm. de Annun. *Neque talia ſunt hominum merita, vt propterea vita æterna debeatur ex iure, aut Deus iniuriam aliquam faceret, niſi eam donaret*; hoc eſt: Vita æterna non debetur iuſtis ex iure abſoluto & rigoroſo, quod neque gratiam, neque pactum ſeu promiſſionem mercedis præſupponat. Nam ſi Deus, quemadmodum poteſt, omnes creaturas annihilaret, nulli faceret iniuriam: ergo nulli faceret iniuriam, ſi iuſtis vitam æternam auferret, vel non daret; conſiderando Deum vt Dominum abſolutum: ſic enim inter Deum & hominem nullum eſt iuſtum ſimpliciter, ex D. Thoma, ſcilicet omninò perfectum, abſolutum, rigoroſum. Si verò loquamur ſecundum potentiam Dei ordinatam, ipſumque conſideremus tanquam iuſtum iudicem, nemo neget, quod verè & propriè iuſtum eſt. Quod vero Deus remuneret ſupra condignum non ita eſt accipiendum, quaſi bona iuſtorum opera non mereantur vitam æternam de condigno, ſed quoniam vltra pręmium, ſeu pręmij gradum, quem ex condigno merentur, Deus ex liberalitate ſua aliquid adhuc adiungit. Quæ bonitas tanta eſt vt meritò exiſtimetur, non ſolum reddere iuſtis pręmium, quod merentur, ſed etiam *amplius*: Hoc autem conſiſtit in aliqua perfectione viſionis beatificę aut fruitionis, quę ex Dei liberalitate, quoad intenſionem, futura ſit maior, quàm ſit debita ex iuſtitia propter merita operum.

Huiuſmodi iniuſtā intendunt aſſertores damnatarum propoſ.

Si Deus annihilare poſſit omniā, multò magis et negare gratiam, & operibus gratiæ mercedē vitæ æternæ: n. 4.

ANTITHESES ESTII.

CONCLUSIO: Nec illud negari poteſt, Deum potuiſſe facere hominem, ſeruili conditione, qui pro ſuis obſequijs aliam nullam à Deo mercedem expectaret. In 2.d. 25. §. 5.

CAPVT III.

DAMNATORVM ARTICVLORVM.

Actus ſupernaturales fuiſſe liberi arbitrij, non ſpecialia gratiæ dona in Angelis ac ſtatu innocentiæ.

DAMNATVS ART. I. & VII.

XXIV. NEc Angeli, nec primi hominis adhuc integri merita rectè vocantur gratia---- Primi hominis integri merita fuerunt primæ creationis munera, ſed iuxta modum loquendi ſcripturæ nō rectè vocantur gratia, quo fit, vt tantùm merita, non etiam gratia debeant nuncupari.

Hoc eſt, in Angelis neque merita, neque perſeuerantia, nec ipſa Dei viſio, ſunt ſpecialia Dei dona, ſed merita eorum, Adæ, carn. & cuiuſlibet innocentis hominis, ſunt liberi arbitrij, angelica, humana, ſua cuiuſque: ſtatim ac creatus fuit Angelus ac homo, aliâ gratiâ, opus non habuit, quin ſibi iure gloriam viſionemque beatam vendicaret proprijs viribus, ac de ijs gloriari poſſet, quaſi vltra non egeret creatoris ſui vllâ liberalitate.

ANTI-

ANTITHESES ESTII.

ANgeli non in ſe, ſed in Deo gloriantur, eique de omnibus bonis gratias agunt: quo perſpicuum omnia eorum bona eſſe à Deo, vſque ad ipſam donorum Dei acceptationem, vſum & vtendi perſeuerantiam, vt NIHIL HABEANT de quo in ſeipſis glorientur------. Veritas habet, nec Angelum, nec primum atque integrum hominem potuiſſe bene velle, bene operari, bonum perficere, & in bono perſeuerare, niſi Deo hæc in illis & cum illis operante; ac proinde HOC ADIVTORIVM OPERATIONIS, ſeu cooperationis diuinæ PRÆTER HABITVALEM GRATIAM INITIO DATAM, FVISSE TAM ANGELIS QVAM PRIMO HOMINI, AD OMNIA EA, quæ iam dixi, NECESSARIVM-----. Ad extremum verò illud obſerua (etſi ex ſupradictis ſatis manifeſtum) ſcilicet adiutorium iſtud, de quo nunc egi, perinde vt donum illud datum in creatione, per quod vitam mereretur æternam, rectè gratiam appellari, QVOD IMPRVDENTER A QVIBVSDAM NEGATVM EST. Vocatur autem eo nomine in can. 19. Arauſi. *Natura humana, etſi in illa integritate, in qua eſt condita, permaneret, in nullo modo ſeipſam, creatore ſuo non adiuuante, ſeruaret*: quem ſumptum dixi ex Auguſtini epiſt. 106. ſed & alibi paſſim apud Auguſt. vocatur gratia, vel adiutorium gratiæ.

In 1 d. 41. § 13.
In 2 diſt. 25. § 5.
Ibid § 7.

Reſp. fuiſſe primo homini neceſſarium quoddam adiutorium à gratia creationis diuerſum, præter iuſtitiam & gratiam, in qua creatus fuit, ita vt ſine illo vitam æternam promereri non poſſet, nec in accepta iuſtitia perſeuerare. Eſt aperta Auguſtini compluribus locis doctrina, *Enchir. c.* 104. *& aliquot ſeqq. l. de corrept. & gra. c.* 10. 11. 12. *l.* 14. *de Ciui. c.* 27. *l. de naturâ & gra. c.* 20. *&* 26. *l.* 8. *de Gen. ad litt. c.* 12. *ſerm.* 11. *de Verb. Apoſt. & epiſt.* 106. *Proſperi con. collat.* 118. Hoc verò adiutorium ad perſeuerantiam neceſſarium, & à prima gratia diuerſum, eſt ſpeciale ac ſupernaturale, quo ipſum perſeuerandi actum, ſiue effectum, in homine vel Angelo Deus operatur, ſcilicet efficaciter faciens ipſum perſeuerare: quod auxilium non fuit datum omnibus Angelis, omnes enim perſeueraſſent, ſed ſolis electis. Hęc ſententia nobis habetur longè probabilior atque omninò vera, ſiue ſcripturam, ſiue Patrum doctrinam, ſiue rationem conſulamus: quę teſtantur omne bonum in Deum authorem referendum eſſe, & pro omni bono gratias Deo agendas, & de omni bono in ſolo Deo gloriandum. Quod ſi ita eſt: VT CERTE DVBITARI NON POTEST: Igitur Angeli quicunque perſeuerarunt, non ſolùm acceperunt à Deo poſſe perſeuerare, ſed ipſum perſeuerare, vt non ſolùm in hominibus lapſis & per Chriſti gratiam reparatis veritatem obtineat illud Apoſt. 1. Corinth. 4. *Quis enim te diſcernit? quid habes quod non accepiſti?* verùm etiam in electis Angelis---. Ita Auguſt. l. 12. de ciui. c. 19. quærens efficientem cauſam bonę voluntatis in Angelis, docet, ſi eam acceperint in ſua creatione, non eſſe dubium, quin à Deo acceperint, ſi poſtea quàm creati ſunt, nec ſic dubitandum, quin eam Deo in ipſis operante acceperint: alioquin ſequi rem abſurdiſſimam, *Vt meliores à ſeipſis quàm à Deo facti fuerint. Mali angeli aut minorem acceperunt amoris diuini gratiam quàm illi qui in eâdem perſtiterunt; aut ſi vtrique boni æqualiter creati ſunt, iſtis mala voluntate cadentibus, illi amplius adiuti ad eam beatitudinis plenitudinem, vnde ſe nunquam caſuros certiſſimi fierent, peruenerunt.* Quibus verbis diſcrimen ſtantium Angelorum à cadentibus OMNINO retuliſſe videtur Auguſt. in maiorem gratiam vel amplius adiutorium illis prę iſtis datum. Quòd ſi adiutorium, quo dicitur *adiuti*, eſſet ipſa beatitudo, ſenſus redderetur ineptus, ſcilicet Angelis collatam eſſe beatitudinem, quâ ad beatitudinem peruenirent. Idem *l.* 14. *de ciuit.*

Quærit in 2. diſt. 5. § 2 & diſt. 21. § 7.
Quale adiutorium fuerit primo homini aut Angelo neceſſarium ad perſeuerandum? Quoad hanc doctrinam, *Aug. de bono perſeu. c.* 7. *& alibi.* vult ſimiliter eſſe ſentiendum de Angelis & primo homine. ibid. § 7.
Fundam. alterum damnatæ doctrinæ ſubruitur, in 1. d. 41. § 3.
Quæ ratio Aug. bene notanda eſt, vtpotè maximi momenti ad oſtendendam grauitatem tam Angelorum quàm hominum prædeſtin. *ibi.*

Digitized by Google

ciuit. c.7. de homine integro dicit, quòd *ipſum confidere de adiutorio Dei non poterat ſine adiutorio Dei*. Similiter de Angelo ſentiendum *ibid.* ſignificat. *Et l.13. conſeſſ. c. 3. dicit*, ſpiritualem, id eſt, angelicam creaturam, ſicut non promeruerat, vt eſſet talis vita quæ illuminari poſſet, ita nec cùm eſſet promeruiſſe, vt apud Deum illuminaretur, ſed etiam *& quod vtcumque viuit & quod beatè viuit non debere, niſi gratię Dei.* Idem l. de Gen. ad litt. c. 8. tam de Angelis quam de hominibus, *Sic*, inquit, *qui gloriatur non niſi in Domino glorietur, cum cognoſcit non ſuum, ſed illius eſſe non ſolum vt ſit, verum etiam vt non niſi ab illo bene ſibi ſit, à quo haberet vt ſit.* Et c. 10. de malis ſic objicit & reſpondet: *Poſſet Deus, inquiunt, etiam ipſorum* voluntatem in bonum conuertere, quoniam omnipotens eſt. *Poſſet planè, cur ergo non fecit? quia noluit. Cur noluerit, penes ipſum eſt.* Debemus enim non plus ſapere quàm oportet. Videtur itaque ex Aug. ſententiâ referendum ad inſcrutabile conſilium Dei, cur in ipſis etiam Angelis aliorum voluntatem ad bonum conuertere voluerit, aliorum non voluerit, CVM VTRVMQVE FVERIT IN EIVS POTESTATE. Huc pertinent tam Auguſtini quàm S. Thomæ loca omnia, quæ probant efficaciam prouidentiæ diuinæ reſpectu omnium motuum & operationum cuiuſcumque creaturę.

Quis audeat modò dicere, gratiam datā homini integro, ita relictam in eius libero arbitrio, vt in poteſtate Dei nō eſſet, illā noua augere, liberum arb. magis inclinare, ipſam perſeuerantiam donare? ergo ſpeciale auxiliū ad perſeuerandum ipſi donare poterat Deus, vt homini lapſo.

27. Quoad diſtinctionē operationis diuinæ in Angelis ſiue in homine integro & in homine lapſo, non poteſt ea ſic intelligi, VT NON IN ILLIS ÆQVE AC IN ISTO Deus efficaciter omnem bonæ voluntatis motum operatus fuiſſe dicatur, etiamſi hoc faceret ſecundùm principia in creatione indita: nam ſi hæc ſufficiebant ſaltem cum adiutorio quotidiano, parato quidem homini, ſed non dante ipſum velle, cur non ſimiliter principia benę operandi, quæ homo lapſus accipit per Chriſtum, id eſt virtutes & dona, ſufficiant ei iam reparato cum ſimili adiutorio ad eliciendas bonas actiones, tunc ſaltem quando nullâ contrariâ concupiſcentiæ tentatione impugnatur? fieri enim poſſe, vt quamuis inſit homini concupiſcentia mala, nullâ tamen tentatione commoueatur, affirmat *Auguſt. l. 6 con. Iul. c. 8.* Quocirca retinenda omninò eſt doctrina *S. Thomæ 1. 2. qu. 109. art. 2.* vbi diſtinguens naturam hominis integram à corruptâ, dicit eam ſecundùm vtrumque ſtatum indigere auxilio diuino ad faciendum vel volendum quodcumque bonum, ſicut primo mouente. Diſcrimen autem eſſe quoad virtutem operatiuam, quia homo in ſtatu naturę integrę indigebat virtute gratuita quantum ad vnum, id eſt ad operandum & volendum bonum ſupernat. ſed in ſtatu naturę corruptæ, quantum ad duo, ſcilicet vt ſanetur, & vlteriùs vt bonum virtutis ſupernat. operetur. Item ar. 9. repetit. Quę in contrarium ex Aug. objiciuntur idem S. Thomas videtur ſic intellexiſſe, vt quod ille dicit *l. de corrept. & gra. c. 11. hominem in primo ſtatu accepiſſe donum per quod perſeuerare poſſet* ª *ſi vellet, ipſum autem velle relictum fuiſſe in eius libero arbitrio*, accipiendum ſit de gratiæ habitualis dono, quod id genere doni habitualis fuerit ſufficiens ad perſeuerandum, non ita tamen quin ad actualem perſeuerantiam opus habuerit actuali Dei auxilio ipſum in bono conſeruantis: & tamen *ipſum velle relictum fuiſſe in eius arbitrio*, dicitur propter ſummam facilitatem perſeuerandi, cùm non egeret auxilio mouente ſeu conſeruante, contra carnis repugnantiam, quam nullam patiebatur: hoc ait cit. ar. *qu.* 10. *ad* 3. ex Aug, & *ar.* 8. *ad* 3. ad illud

Ibid. §. 14. Homo integer & lapſus pariter egent auxilio Dei ſpeciali, quo operentur bene.

Argum. palmare. Noluit planè Aug. diſcrimen gratię ſanitatis & ſanantis eſſe, vt gratia medicinalis neceſſitatem agendi afferat, gratia voluntatis ſanæ indifferentiam relinquat talem, vt voluntas Domina ſit gratiæ ac habituum ſupernat. quaſi naturæ ſeu liberi arb. concurſus ſit prior ratione concurſu gratiæ & cauſæ primę.

ª Primus homo ad meritoriè operandum non egebat concurſu Dei tantùm generaliſſimo, vt ad ambulandum aut moraliter bene agendum.

illud Eccli. 15. *Ante hominem vita & mors* &c. dicit nunc dari homini *quodcunque voluerit, ſed hoc quod bonum velit, habet ex auxilio gratię,* intellige, neceſſariò, non tantùm ratione generali, quâ homini integro dabatur ipſum velle, ſed ſpeciali propter corruptionem naturę, aliter ne poſſibile quidem erit Auguſtinum ſibi conciliare *in l. de ciui. 12. c. 9. l. 8. de Gen. ad litt. c. 12.* vbi de homine vt à Deo inſtitutus eſt, diſſerens, dixit, eum ſic continuò iuſtitiam accipere à Deo, ſicut aër præſente lumine continuò illuminatur, & ad id declarandum eas adhibuit ſcripturas, quæ loquuntur de homine lapſo, ad Epheſ. 2. *Gratiâ ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt, non ex operibus, ne fortè quis extollatur. Ipſius enim figmentum ſumus, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis abundemus.* Et ad Phil. 2. *Deus eſt qui operatur in vobis velle & perficere.* Conſtat autem ex ijs quę diſputat Aug. contra Pelagium, eas ſcripturas Auguſtino ſignificare, quòd Deus det homini, non tantùm poſſe ſi velit, ſed etiam ipſum velle: igitur ex eius ſententia nec ipſum velle potuit habere primus homo, niſi Deus daret. §. 7.

28. Demum primus homo debebat orare pro perſeuerãtia; ergo ipſum perſeuerare fuiſſet peculiare Dei donum: Nam qui ſentiunt in primo ſtatu hominis non fuiſſe opus oratione, grauiter fallluntur; cùm etiam Chriſtus, cuius excellentiſſima fuit innocentia & rectitudo ſecundùm totam naturam hominis, legatur ſæpe Patrem oraſſe. Item ſi primus homo perſeueraſſet vſque in finem, debuiſſet pro illo bono peculiares agere gratias Deo: ergo ipſum perſeuerare fuiſſet ei datum à Deo: nam gratiarum actio, beneficij accepti teſtificatio eſt. Item ſi primi homines ſuperaſſent tentationem diaboli, debuiſſent Deo pro illa victoria gratias agere: ergo & hoc bonum non habuiſſent aliunde quam à Deo. Item homines primi de ſua perſeuerantia & victoria gloriari debuiſſent, non in ſeipſis, ſed in Deo. Rectè ergo Aug. *in tract. de cant.* nouo c. 8. *Quid valeat liberum arbitrium non adiutum in ipſo Adam demonſtratum eſt; ad malum ſufficit ſibi, ad bonum non niſi adiuuetur à Deo, vbi ri non adiutum* planè ſignificat, primo homini quoddam adiutorium defuiſſe, quod et ad perſeuerantiæ bonum erat neceſſarium.

Accedit quod idem Aug. *l. 2. confeſſ. c. 7.* docet eum magis teneri ad diligendum Deum qui non peccauit, quàm qui poſt peccatum reductus eſt ad pœnitentiam; propterea quòd ille maius accepit beneficium à Deo, nimirum conſeruante ipſum ne caderet, quàm alius, cui hoc non eſt datum. Vnde Adam ſi non peccaſſet, hoc ipſum gratiæ Dei cuſtodientis eum à peccato acceptum ferre debuiſſet, ſicut acceptum ferunt Sancti Angeli. Huc pręclarè facit quod *idem l. 12. de ciui. c. 9. & l. 2. de pecca. meritis c.* 18. ex eo quòd Angelus & homo à ſeipſis, id eſt, à libero arbitrio dicantur habere ipſum velle, à Deo ſolum poſſe, conſequens eſſe dicit, vt *melius aliquid habeant à ſeipſis quàm à Deo,* quia ſine dubio melius eſt in bonis velle quàm poſſe: fatendum iuxta ſolidiſſimam hanc Aug. ratiocinationem, primum etiam hominem non tantùm à Deo accepiſſe poſſe ſi vellet, ſed etiam ipſum velle quamdiu voluit, atque hoc adiutorium, quo fieret vt vellet, ei ad perſeuerandum fuiſſe neceſſarium.

29. Doctrinæ ſumma; quòd pręter adiutorium vtrique ſtatui commune, quo nimirum indigebant tanquam operatione primi mouentis & primæ cauſæ *ſupernaturalis* ad faciendum & volendum bonum quodcumque *ſupernat.* homo in ſtatu naturę corruptæ indigeat etiam auxilio gratię ſanantis, erigentis, repa-

Generalior eſt ratio, quâ primus homo opus habebat vt ipſi daretur *ipſum velle,* quia communis cũ homine lapſo, qui ob aliam ſpecialiorem eodẽ eget: illud tamen auxiliũ primi hominis non deſinit eſſe ſpeciale quo

Locus Aug. valde apertus. In 2. diſt. 25. §. 7.

Per liberũ arbitrium ſtare poteſt qui nõ grauiter tentatur: diuturnitas tamen tentationis leuiſſimę eſt grauis tentatio propter mobilitatem liberi arb.

Solidiſſima Aug. ratiocinatio.

Ac præclara.

Adiutoriũ commune ſtatui hominis integri & lapſi.

Digitized by Google

tis, reparantis & confortantis ipſam contra tentationum impetus & illecebras, quas patitur à carne, & contra omnes prauas inclinationes, quas contraxit ex corruptione naturæ per peccatum. Tali enim auxilio primus homo non eguit, quia natura eius ſana adhuc erat & integra. *Non enim egent qui ſani ſunt, medico, ſed qui malè habent*, Luc. 5. Neque etiam primus homo eguit adiutorio gratiæ excitantis à torpore animi, quo non laborabat, cùm vitium ſignificet, attamen ſicut ſeipſum excitare debebat ad laudes diuinas, & gratiarum actionem, & rerum cæleſtium meditationem, non à torpore, ſed à ceſſatione, vel ab actu remiſſiore, ita & gratiâ excitante ad hæc opùs habebat. Vnde Aug. etiam Angelis adſcribit gratiam excitantem 12. de ciui. c. 9. cùm dicit: *Voluntatem angelorum quamlibet bonam inopem fuiſſe in ſolo deſiderio remanſuram, niſi ille qui bonam naturam ex nihilo ſui capacem fecerat, ex ſeipſo faceret implendo meliorem, prius faciens excitando auidiorem.* Conſequens eſt tam in ſtatu hominis integri quàm lapſi ſine eo adiutorio, quod hominem faceret vti donis, ſiue acceptis, ſiue oblatis, nihil prorſus boni ab eo fieri potuiſſe.

An gratiâ excitante egeret homo integer?

Cõcluſio: merita ex ſpeciali auxilio ſũt ſpecialia dona à creatione diſtincta indebitaque ipſi naturæ.

ANTITHESES SYLVII.

30. ETIAM in ſtatu innocẽtię neceſſaria erat gratia Dei ad ſingulos actus: nam omnia opera, quibus vel Angelus vel homo ad æternam ſalutẽ perducitur, ſunt ſupernaturalia, & altioris ordinis quàm quidquid ſub ordinaria rerum gubernatione continetur. Ideò tum Angelis ſanctis, tum homini integro, ad ſingula opera pia, atque ita ſpecialiter bona peragenda, opus fuit ſpeciali Dei auxilio, præter omnia ea dona, quæ habebant. Sicut ad ſingulas actiones moraliter bonas neceſſarium eſt generale Dei auxilium. Hinc Aug. de Angelis ait *l. 12. de ciui. c. 9. quod bonam voluntatem, qua meliores eſſent, niſi operante adiutorio Creatoris habere non poſſent.* ---- Quod putant nonnulli, Auguſtinum ponere perſeuerantiam Angelorũ in libero eorũ arbitrio gratiâ habituali inſtructo, argui poteſt falſitatis ex l. 12. *de ciu. c. 9. de correp. & grat. c. 11. epiſt. 106. Enchir. c. 106. & 107.* Illic enim docet, neceſſariũ eis fuiſſe adiutorium, quod ſtantes habuerunt; qui propterea dicuntur *magis adiuti* --- circa reſp. ad 1. *qu. 95. ar. 4.* vbi B. Tho. ait, hominem etiam ante peccatum indiguiſſe gratiâ ad vitam æternam conſequendam, vtique aliâ quàm habebat, & in qua *ar. 1.* dixit, ipſum fuiſſe creatum. ---- oſtendit S. Tho. Angelum nec potuiſſe conuerti in Deum vt obiectum beatitudinis ſupernat. ſine gratia; partim quia alioqui ſequeretur, eum non indiguiſſe gratia ad beatitudinem contra illud ad Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna*: partim quia nulla voluntas poteſt ferri in id quod eſt ſupra naturam ſuam, niſi adiuta aliquo principio ſupernat. & hoc dicimus auxilium gratiæ. -- -- Nemo quidpiam deliberatè vult aut facit, niſi illud priùs cogitauerit: at nemo poteſt aliquid boni cogitare ſine Dei gratia 2. *Ad Corint.* 3. quomodo idoneus eſſe quis poteſt ad id quod amplius eſt, id eſt, ad cupiendum bonum ſine adiutorio Dei? Qualecumque opus pium voluerit aut fecerit iuſtus, non auderet illud Deo ſola ea ratione adſcribere, quia dedit illi gratiam habitualem, quæ eſt radix & ſemen omnium bonorum operum ſubſequentium; ſibi autem attribuere quantum ad reliqua, veluti quòd eâ gratia ſit bene vſus; quod per eam tale vel tale bonum fecerit; quòd hîc & nunc fecerit: ergo debet totum Deum acceptum referre, non tantùm quia dederit ei gratiam habitualem; ſed inſuper quia ipſum excitauit & adiuuit ad bene vtendum iſta

Syluius in 1. 2. qu. 109. ar. 9.

In 1. p. qu. 23. a. 5. ad 3. ration. l. n. 54.

In 1. p. qu. 95. ar. 4.

Qu. 62. a. 2.

In 1. 2. q. 109. ar. 9.

An poſſit iuſtus gloriari, quòd per vires gratiæ ſit Deo cooperatus?

Digitized by Google

gratia, ipſumque permouit vt hic & nunc tale vel tale opus faceret; ac rurſum quia Deus iſtud opus in illo & per illum eſt operatus.

In theſi propugn. 11. Iul. 1644 & 21. Febr. 1645.

Per liberum arbitrium ſteterunt boni id eſt, tentationi non graui reſtiterunt, nō quod per lib. arb. aſſurrexerint ad actum ſupernat. meritoriū gloriæ.

31. In ſtatu naturæ integræ multò facilius potuit Adam Deum ſuper omnia naturalis ordinis bona amore naturali diligere ipſo generali auxilio, & implere præcepta eiuſdem ordinis omnia longiore tempore, vt contendit Auguſtinus: hic ipſe nihilominus negat, quod in viribus liberi arbitrij fuerit omnia virtutum moralium bona pręſtare, aut pręcepta naturæ ſeruare omnia ad longiſſimum tempus, propter inconſtantiam liberi arbitrij, & varios appetitus honorum ac voluptatum, quos liberè excitaſſet ſine ſpeciali auxilio Dei, quod prece & merito operum impetraſſet. Angeli boni per liberum arbitrium inadæquatè, incluſo auxilio *ſine quo non* ſeu poſſibilitatis, & auxilio *quo*, ſeu actuali inprimis, STETERVNT ex mēte Auguſtini; mali verò, vt protoplaſti, per liberum arbitrium adequatè ceciderunt, nullo ſufficientis gratiæ ex parte Dei defectu. Boni nihilominus ſalutem ſuam tribuunt gratiæ, quâ plus etiam quàm mali fuerunt adiuti, & inprimis auxilio *quo*: perditio malorum ex libero arbitrio fuit, vt ex totali causâ deficiente: ita ſe habet homo poſt lapſum, hoc diſcrimine; quod ipſe vt ſurgat aut ſtet, egeat auxilio longè vberiore *quo* concupiſcentiam ſuperet.

In 1. p. q. 62. art 2. explanatur veritas.

32. Cæterum quia nonnulli opinari videntur, Angelis præter gratiam in creatione acceptam, non fuiſſe neceſſarium aliud auxilium quo fierent perſeuerantes, ideoque non plus auxilij collatum eſſe perſeuerantibus, quàm illis qui ceciderunt; quandoquidem etiam hi ſtare ſeu perſeuerare poterant per illud ſolum quod acceperant, nullo videlicet alio ſuperaddito: ſciendum eſt veram, eamque SS. Patribus conformem omnino eſſe ſententiam, Angelos ſiue ad operandum, ſiue ad perſeuerandum indiguiſſe auxilio Dei mouentis & operantis, eoſque in bono conſeruantis, ſupra illam gratiam quam in creatione acceperant; ſicut & de homine integro *qu. 95. ar. 4. pateteque ex 1. 2. qu.* 109. imò ex ſcripturis. Deus enim eſt qui ſicut in homine *operatur velle & perficere, ad Philipp.* 2. ita & in Angelis: de quibus dici poteſt, quod de nobis. 2. *Ad Corinth.* 3. quòd non ſunt *ſufficientes ex ſeipſis cogitare aliquid boni*, quodque omne donum perfectum eis *ſit de ſurſum deſcendens à Patre luminum*, Iac. 1. & quòd non *in ſeipſis, ſed in Domino glorientur*, ſecundùm ea quæ 1. *Ad Corinth.* 10. monet Apoſt. eique de omnibus bonis agere gratias debent, vt facere leguntur Sancti, *Apoc.* 7. Nec dubium eſt quin & ipſi coronas ſuas mittant ante thronum Dei, vt de ſenioribus 24. habemus. *Apoc.* 4. agnoſcentes ac humiliter profitentes ſe omnem ſuam gloriam à Deo habere. Deinde *quis diſcernit* Angelos perſeuerantes à cadentibus niſi Deus? & *quid* perſeuerantes *habent quod non acceperunt*? Igitur & omnem bonæ voluntatis motum, & in eo perſeuerantiam, quam habuerunt boni prę malis, acceperunt à Deo. Prætereà minus eſt poſſe perſeuerare quam actu perſeuerare; ſed omnes Angeli habuerunt à Deo poſſe perſeuerare per gratiam infuſam: ſi ergo boni per eam ſolam cum ſuo libero arbitrio perſeuerarunt actu, habuerunt à Deo id quod eſt minus, & à ſeipſis id quod eſt plus & maius, quod abſurdiſſimum eſt. Eodem pertinent SS. Patrum teſtimonia: *Bernar. ſerm. 22. ſuper cant.* Qui erexit hominem lapſum, dedit ſtanti Angelo ne laberetur, ſic illum de captiuitate eruens, ſicut hunc de captiuitate defendens: & l. de concor. gratiæ & lib. arb. Angelis bonis dicit datum à Deo, vt ſine peccato perdurarent, quod primo homini datum non fuit. Fulgen. l. 2. ad Traſim c. 2. de Angelis, *Profectò cognoſcitur*, ait, *vniformi*

Canunt & illud Angeli: *Gratiam & gloriam dabit Dominus* ſpeciali beneficio.

Argumentum luculentum pro ſpeciali dono perſeuerantiæ in natura integra.

formi cunctos opprimi potuiſſe ruinæ conſortio, niſi quos vellet, à caſu prauitatis virtus diuina defenderet Et c. 3. *non alia virtus ſtantem Angelum à ruina potuit cuſtodire, niſi illa quæ lapſum hominem poſt ruinam potuit reparare.* VNA EST IN VTROQVE GRATIA OPERATA; *in hoc; vt ſurgeret; in illo, ne caderet.* Docent igitur iſti SS. Patres, Angelos præter eam gratiam, quam omnes habebant, opus habuiſſe aliâ, quam Deus quibuſdam dedit, alijs non dedit: quoſdam enim non omnes defendit Deus, ne laberentur; & in quibuſdam, non in omnibus operatus eſt ne caderent.

Quæ clariora teſtimonia afferri poſſunt? n. 32.

33. De mente Auguſtini quidam dubitant: ipſe tamen 12. *de ciui. c.* 9. quærens cauſam efficientem bonæ voluntatis in Angelis bonis, docet, ſi eam in creatione acceperunt, non dubium, quin à Deo acceperint; ſi poſtquam creati ſunt, NEC SIC DVBIVM, quin eam Deo in ipſis operante acceperint: alioquin ſequi rem abſurdiſſimam, *vt meliores à ſeipſis quàm à Deo facti fuerint.* Poſteà de malis loquens (*vt ſuprà n. 26.*) diſcrimen ſtantium à cadentibus refert in maiorem gratiam, vel in amplius adiutorium, illis præ iſtis datum à Deo. Reſpondent aliqui illos *amplius adiutos* quoad præmium, non quoad meritum; idque nituntur confirmare *ex l. de correp. & gra.* vbi Aug. beatitudinem vocat adiutorium. Sed hunc ſenſum preſenti loco non congruere clarum eſt: ſignificatur enim Angelis collatam eſſe beatitudinem, quâ peruenirent ad beatitudinem. Reſpondent ergo alij, fuiſſe *magis adiutos*, quia habuerunt adiutorium diuinæ cooperationis in actu 2. quod cæteri habuerunt tantùm in actu 1. Verùm neque hæc reſp. eſt ad mentem Aug. Ipſe enim non quærit concauſam bonæ voluntatis Angelorum, ſed cauſam, eamque talem, quæ non tantùm ſit cooperata Angelis ſtare volentibus, ſed operata ſit in illis vt vellent. Alioqui reſtaret adhuc quæſtio: Cùm vtrique ſint creati boni, & cùm Deus cooperaturus eſſet vtriſque ſi vellent, quid fecit vt illi vellent præ iſtis, niſi Deus? Hinc *l.* 11. *de Gen. ad litt. c.* 8. tam de Angelis quàm de hominibus, *ſic, inquit, qui gloriatur* &c. Et c. 10. ſibi objicit ac reſpondet: *Poſſet, inquiunt &c.* Præter ea quæ de homine integro *qu.* 95. vbi loca Aug. in ſpeciem contraria explicantur, vide ipſum *l. 13. confeſſ. c. 3. &* 8. *& conc. 2. in Pſal. 32. Baſil. l. de Spir. S. c. 16. Gregor. l. 25. Moral. c. 24. Francon. Abba. to. 1. de gra. Dei.*

Auguſtinus docuit neceſſariã fuiſſe Angelis gratiam præter eam quam in creatione acceperũt: n. 54.

Nacti ſunt Angeli boni auxilium quo actuale, cooperãs, ſpeciale.

Vt ſupra n. 16.

34. QVÆRI poteſt: An primus homo præter gratiam in creatione acceptam eguerit alio gratiæ auxilio ad bene operandum & perſeuerandum? ex varijs Auguſt. locis videri poteſt quòd non: *Libro enim de correpț. & grat. c.* 11. de primo homine dicit, *Vt reciperet bonum, gratiâ non egebat.* Item; *Tale erat adiutorium quod desereret cum vellet, & in quo permaneret ſi vellet, non quò fieret vt vellet &c. vt autem vellet in eius libero reliquit arbitrio:* Et l. de dono perſeu. c. 7. *qui non infertur in tentationem, non diſcedit à Deo: non eſt hoc omninò in viribus liberi arbitrij, quales nunc ſunt, fuerat homine antequam caderet* &c. At hæc intelligi debent de gratia habituali, quæ in genere iſtius doni ſufficiens erat ad perſeuerandum; ſed non ita quin ad actualem perſeuerantiam opus haberet auxilio mouente & operante. Ipſum tamen velle dicitur *relictum fuiſſe in eius arbitrio*, non quia liberum arbitrium abſque ſpeciali auxilio gratiæ poſſet in bono, in quo erat, perſeuerare; ſed quia libero arbitrio ſecundùm eum ſtatum, in quo fuit conditum, conſiderato, facillimum erat bene operari ac in bono perſeuerare, eò quod non indigeret gratia ex ſpeciali illa ratione, ex qua indiget homo poſt peccatum, cùm nullam ſentiret

In 1. p. q. 95. ar. vlt. Diſcrimen auxilij in natura ſana & ægrâ.

Aug. loca in ſpeciem contraria explicantur; vt merita ſtatus innocentiæ ſint ex ſpeciali adiutorio Dei, eiuſque proinde ſpecialia dona.

 carnis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

carnis repugnantiam. *Vnde B. Thom. 1. 2. q. 105. ar. 10. ad 3. Facilius homo per gratiæ donum perſeuerare poterat in ſtatu innocentiæ, in qua nulla erat rebellio carnis ad ſpiritum, quam nunc poſſimus: ita ar. 8. ad 3.*

Omnino tenendum eſt; homini innocenti prętcr gratiam in creatione acceptam, neceſſarium fuiſſe auxilium gratiæ Dei, non ſolùm cooperantis ſi vellet, ſed etiam efficaciter operantis & mouentis vt vellet, vt ageret, vt perſeuerarct. Alioqui non debuiſſent orare Deum pro habenda bonâ voluntate actuali, neque de illa habita gratias agere, neque debuiſſet in Domino, ſed potuiſſet in ſe gloriari. Hanc reſp. confirmant generales ſcripturæ: *Quid habes, quod non accepiſti? Deus eſt qui operatur in vobis velle & perficere. In ipſo viuimus, mouemur & ſumus. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Omne datum optimum de ſurſum eſt.* Hinc B. Tho. ar. 1. ad 4. & hoc ar. ad 1. quòd Adam proficere poſſet per meritum, docet fuiſſe ex ſuperadditione gratiæ, ſupra eam in qua erat creatus: & 1. 2. q. 109. ar. 1. *Quantumcumque natura aliqua corporalis vel ſpiritualis ponatur perfecta; non poteſt in ſuum actum procedere niſi moueatur à Deo.* Et ar. 2. diſtinguens ſtatum naturę integrę à corrupta, docet hanc indigere gratia ſanante; vtramque verò Dei auxilio, à quo moueatur ad bene agendum. Et in reſp. ad 1. *Mens etiam hominis ſani non* ita habet dominium ſui actus, quin indigeat moueri à Deo. Et ar. 4. in cor. *Indigent* inſuper in vtroque ſtatu auxilio Dei mouentis ad implenda mandata. Aug. verò epiſt. 106. ***Natura humana etiamſi in illa integritate, in quâ condita eſt, permaneret, nullo modo ſeipſam creatore ſuo non adiuuante ſeruaret.*** Agnoſcit ergo quòd primo homini quamuis ſano & integro neceſſarium fuerit auxilium Dei iuuantis illum ad perſeuerandum. Nota ea verba Aug. relata eſſe *in can. 19. Arauſic.* cuius proinde eadem eſt ſententia. Idem Aug. *de natu. & gra. c. 48. Si de integra & ſana hominis natura loqueretur---nec ſic rectè diceret, quod non peccare noſtrum tantummodò ſit, quamuis peccare noſtrum eſſet: nam & ibi eſſet adiutorium Dei.* Et *tract.* de cant. c. 8. Quid valeat liberum arb. &c. n. 28. Vide eund. Enchir. *c. 106. & 107. l. de correp. & gra. c. 10. l. 14. de ciui. c. 27.* &c.

Sententia omninò ſequenda n. 55.

Natura tã integra quàm corrupta eget auxilio diuino que.

Haud difficile prob. hæc ſent. Quaſi verò in mundo cæleſti & Angelico nullus ſit gratiæ Dei locus, quia nullæ miſeriæ, miſeroſque Deus facere aut permitte-re debeat, antequam ipſis vllam gratiam poſſit impertiri: quaſi verò diuinæ gratię adſcribi non debeat, quòd ab Hierarchijs Angelorum miſerias culpæ ac pœnæ omnes non auerterit.

CAPVT IV.

DAMNATORVM ARTICVLORVM.

Nullam actuum liberi arbitrij innocentis præſcientiam eſſe in Deo, nullam prędordinationem, nullam de iſtis contingentibus prouidentiam; ſed gratiam Dei quamcunque eſſe tantùm ſufficientem, eiuſque efficaciam prorſus pendere à libero arbitrio ſolo.

DAMNATVS ART. VI.

XXXVI NATVRALI lege conſtitutum fuit homini, vt ſi in obedientia perſeueraret, ad eam vitam tranſiret, in qua mori non poſſet.

Hoc eſt, Angelus & homo in natura pura, non tantùm integrâ eleuatâque ad ſtatum ſupernat. conſtituitur

ſtituitur perfectus dominus ſuorum actuum, quibus actibus ipſe legem naturalem dat omnem; vt eiuſdem legis ſolius ORDINATIONI NATVRALI CONSTITVTÆ in naturis & cauſis ſecundis STATIM INITIO CREATIONIS ſubiaceant actus EX IVSTO IVDICIO DEI *n.* 16. Non ſubiaceant ſpeciali ac ſupernat. ordinationi diuinæ: cùm velint, ante peccatum indifferentiam ſummam, dominium, naturam liberi arbitrij à Deo inclinari, inflecti, violari minimè potuiſſe, vt fert damnatus art. 68. Actuum verò ſummè contingentiũ liberi arbitrij alieni infallibilem præſcientiam habere Deus minimè poteſt, cùm nec propriorum actuum notitiam habeat niſi per decretum actuale faciendi talia contingentia. Quippe *præſcit Deus quæ eſt ipſe facturus* ex Aug. *de prædeſt.* c. 10 infallibiliter præſcire non poteſt, quę nec decreuit facere, nec poteſt decernere ſe facturum, cum alterius libero arbitrio facienda cũ perfecto dominio, aut non facienda ex æquo permittit; omnem poteſtatem ea faciendi transferens in alium, nullamque ſibi reſeruans poteſtatem ea faciendi, ac proinde nec præſciendi. Sicut ſi per impoſſibile eſſent duo Dij, vterque ſuorum dominium actuum haberet tale, vt neuter neutrius decreta reſcire poſſet, vti nec ipſa determinare: ergo ſi cauſa prima liberum arbitrium integrum determinare non poſſit ad actus ſuos, nec ipſos præſcire vllo modo poteſt.

Quis non horreat dicere, quòd Deus ab æterno, & in tẽpore, quo condidit Angelos, ignorauerit, quis horũ eſſet beandus, & cũ cõdidit Adamum, neſciuerit eius peccatum, ſuam ex eo Incarnationem futuram, ſed cæco modo mundum creauerit, nullam prouidentiam ſibi relinquens de libero arb. niſi peccaret?

ANTITHESES ESTII.

37. ALII prouidentiam Dei reſpectu actuum liberi arbitrij ſuſtulerunt, exiſtimantes actuum noſtrorum libertatem ſeu voluntatis oppoſitam indifferentiam cum prouidentia Dei, quam certam & infallibilem eſſe oportet, haud conſiſtere. Sic opinatus eſt Cicero, teſte Aug. l. 5. de ciuit. Dei c. 9. & Lactan. l. 2. c. 3. Aduerſus huiuſmodi errores certa fide tenendum eſt in Deo eſſe PROVIDENTIAM OMNIVM OMNINO RERVM TAM CONTINGENTIVM, quàm neceſſariarum: ideò ſpiritus Diuinus dicitur, *Sap. 7. omnia proſpiciens.* Et c. 8. *Attingens à fine vſque ad finem fortiter & diſponens omnia ſuauiter.* Et Pſal. 118. *Omnia ſeruiunt tibi* vt Domino omnium: & 32. *de cęlo reſpexit Dominus, qui finxit ſigillatim corda hominum: qui intelligit omnia opera eorum:* Et Prou. 21. Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud, quod tamen maximè liberum videtur, & alienæ poteſtati minùs ſubiectum: Iſa. 26. *Omnia opera noſtra operatus es, Domine.* Ierem. 10. *Non eſt hominis via eius, nec viri vt dirigat greſſus ſuos.*---Vnde *mens hominis etiam ſani non ita habet dominium ſui actus, quin indigeat moueri à Deo: nam homo eſt dominus ſuorum actuum, volendi & non volendi propter deliberationem rationis, quæ poteſt flecti ad vnam partem vel ad aliam: ſed quod deliberet vel non deliberet,* ſi huiuſmodi etiam ſit dominus, oportet quod hoc ſit per deliberationem præcedentem; & cùm hoc non procedat in infinitum, oportet quòd finaliter deueniatur ad hoc, quod liberum arbitrium moueatur ab aliquo exteriori principio, quod eſt ſupra mentem humanam, ſcilicet à Deo, vt etiam probat *Philoſ.* c. *de bona fortu.* ita *S. Tho. 1. 2. qu. 109. ar. 2. ad 1.* Vbi obſerua obiter, hominem eſſe dominum ſui actûs, ſed ſub mouente Deo. Similia repetit ar. 3. 4. 6. 8.

In 1. d. 39. §. 5. & §. 7. & in d. 25. §. 7.

Homo dominus ſuorum actuũ, ſub mouẽte Deo: motio autem Diuina refunditur in intellectũ, quę radix libertatis.

38. Creatura intellectualis non ſic condita eſt à Deo, vt in actionibus liberi arbitrij ſit exempta ab ordine primæ cauſæ: neque enim Deus poteſt facere vllam creaturam quę vel in eſſendo vel in operando ordinem primæ cauſę ægrederetur, ſic vt ab ea non dependeret, vt à principio conſeruante & operante, id eſt, dante eſſe & operari: Sed omninò neceſſe eſt vt in Deo tanquam in primam, perfectiſſimam ac proinde efficaciſſimam cauſam omnis creatura, omniſque eius actio, atque ipſius actionis cuiuſlibet modus omnis ac perfectio reducatur. Sic nulla eſt in creaturis libertas voluntatis, quæ non ſit ex participatione libertatis ſummę & increatæ, quę ſit cauſa prima, propria, intima omnis creatæ libertatis omniumque liberarum actionum in quantum huiuſmodi ſunt. Quare omninò dicendum eſt Deum per operationem ſuæ prouidentiæ ſic omnia in omnibus operari, vt etiã modus actio-

Diligenter notandum eſt.

In 1. d. 39. § 7.

Digitized by Google

num atque effectuum ſit ab ipſo, idque propter efficaciam voluntatis eius, quæ ex *S. Tho.* 1. *p. qu.* 19. *a.* 8. efficaciſſima eſt, non tantùm quoad effectus, ſed etiam quoad modum. Quare tam propriè Deus operatur in agente libero actionem liberam eamque totam, quàm in agente naturali actionem naturalem.

39. Ex his liquet grauiter errare Durandum, qui *in* 2. *d.* 1. *qu.* 5. *& diſt.* 37. *qu* 1. hanc immediatam prouidentiæ diuinæ in ſingulis operationem tollit, dum docet, liberi arbitrij actionum Deum non eſſe cauſam, niſi quia liberum arbitrium ab ipſo eſt & conſeruatur. Ex quo hoc ſequitur abſurdi, quòd cauſa 2. reſpectu ſingularum operationum habebit rationem cauſæ 1. ET PRIMI MOVENTIS, quia mouebitur non mota, & ita erunt PLVRA PRIMA principia; & Deus, quia eſt PRIMVM ENS non erit propriè cauſa vniuerſalis omnium entium. Quæ duo abſurda & duos errores ex illa opin. conſequi cenſet *S. Tho. in* 2. *diſt.* 37. *qu.* 2. *ar.* 2. præter alia; nam hoc etiam ad Pelagianiſmum tendit quoad bona opera. --- Alij eo progrediuntur, vt dicant primum hominem in ſtatu integro non habuiſſe opus oratione, ſed tantùm debuiſſe Deo gratias agere pro donis acceptis, vt quæ abundè ipſi ad beatitudinem conſequendam ſufficerent, modò ijs vti vellet; quoniam, vt vellet, in ſolo poſitum eſſet libero eius arbitrio. ---- *Rupertus* apertiſſimè in eam ſententiam concurrit *l.* 13 *in Matth.* vbi inter alia quæſtionem mouens, an fuerit in poteſtate Dei, quatenus Angelus & homo non caderent; ad eam ita reſpondet, vt ſignificet hoc non fuiſſe in Dei poteſtate: *quoniam Deus, ſicut audit, iudicat, Vt ſe non communicaret creaturæ illi, quæ auſa eſt Velle ſeipſam ſufficere ſibi; & neceſſariò propter nos tantùm ſe humiliauit.* Quod quidem ita dicit, quaſi hoc velle Deus non potuerit impedire. --- Ruperti auctoritas hac in re non eſt magni ponderis: nam alibi veritate conuictus, videtur diuerſum tradere ac nobiſcum ſentire.

Ibid §. 8.

In 1. d 41. §. 14.

Scilicet Deus vlteriora beneficia præſtare libero arb. nulla poterat, nec gratias vllas cõferre ſupra iam conceſſas naturales aut connaturales.

En redactã ferè ad nihilum Dei potentiam & ſcientiã quoad cõtingentia libera.

40. Videtur hæc opinio niti hoc fundamento, quòd cauſa 1. in cauſando, non ſit naturâ prior ſaltem libero arbitrio creato reſpectu liberarum actionum, ſed quòd cum eis aut cum eo concurrat ſimul naturâ, cuius ſententiæ falſitas rationibus grauiſſimis poteſt oſtendi: *in* 1. *d.* 41. §. 12. iiſque quadraginta, quæ huius doctrinę fundamentales ac demonſtratiuæ dici poſſunt: pleræque enim demonſtrandi vim habent pro abſolutâ efficaciâ gratiæ Dei: *in* 2. *diſt.* 28. .3.

Deum poſteriùs ratione quã cauſa 2 libera concurrere dici nequit, ſeu concurſum cauſæ 2. creatæ eſſe priorem primæ increatæ cõcurſu.

QVADRAGESIMA efficaciſſimaque ratio ſumitur ex vniuerſali operatione Dei tanquam primæ ac ſupremæ cauſæ primique motoris reſpectu omnium motuum à quibuſcumque cauſis 2. procedentium, vt qui omnes omninò effectus producit perfectiſſimo cauſalitatis modo, id eſt, tanquam cauſa PRINCIPALITER ET PRIMO operans per cauſas 2. etiam liberas. Nititur ſcripturis, quæ docent, Deum OMNIA IN OMNIBVS *operari; nos in Deo eſſe, Viuere & moueri; ex ipſo, per ipſum & in ipſo eſſe omnia* &c. Vnde Eccleſia ponit in eodem ordine *eſſe & Viuere ſecundum Deum.* Hæc generalis ratio multas ſpeciales complectitur ad idem demonſtrandum nihilo minùs validas, vt quę petuntur ab vnitate principij, à veritate & proprietate cauſæ efficientis, à voluntate beneplaciti Dei, quæ eſt voluntas abſoluta, ab vniuerſali & perfecto eius dominio, à perfecta dependentia ex Deo, à vera & propria inſtrumenti ratione competente libero arbitrio creato reſpectu Dei &c. *in* 2. *diſt.* 28. §. 3. Vnde fieri nequit vt ens aliquod quantumcumque exiguum

Ratio ergo præcipua: In Deum auctorem & cauſam 1. primũque motorem referenda eſt omnis actio, motio, forma qualitas, natura, omne ens, quod crea-

Digitized by Google

guum, & in genere entium imperfectum procedat à cauſa 2. & particulari, niſi Deo tanquam primâ & vniuerſali cooperante, ET PRIMVM AGENTE. Nempe omnis creata potentia defectibilis eſt, & à prima neceſſariò dependens in exiſtendo, mouendo, operando: *diſt.* 37.§.1.

41. Dices: Primus homo habuit auxilium per quod poſſet bene operari ſi vellet, non tale quod eum faceret velle & operari: nam in viribus liberi arbitrij fuit ipſum bene velle, bene operari, & perſeuerare in bono; non quòd hæc poſſet ſine gratia; ſed quia ipſa etiam gratia, ſine quà nihil horum poſſet, erat in poteſtate liberi arbitrij; nec ſolum gratia habitualis; quàm in ſe habebat, & qua vti poterat quando vellet, verùm etiam cooperatio diuina, quæ nomine adiutorij intelligitur, & promptiſſima homini fuit, eique ſemper aſſiſtens in actu 1. non in actu 2. niſi quando homini libitum fuiſſet aliquid operari. Reſp. hoc adiutorium *quo*, ſeu cooperatio Dei cum homine, etſi auxilium ſpeciale fuerit, non ſufficit, ſi intelligatur eſſe cooperatio, qua Deus cooperatur homini ſi velit, non qua fiat vt velit; ſiue ſi ſuſpendatur à conditione voluntatis humanæ; ita vt volitio hominis Deo tanquam cauſæ operanti non ſubijciatur, ſed magis cooperatio Dei ſubijciatur hominis voluntati. Nam veritas habet, nec Angelum, nec integrum hominem potuiſſe bene velle, niſi Deo hoc in illis & cum illis operante &c. n. 25.

42. Dicendum ergo cum S. Tho. *in* 2. *d.* 24. *qu.* 1. *ar.* 4. *ad* 1. quòd Deus operatur in voluntate & natura ſicut cauſa 1. in cauſis 2. nec operatio Dei eſt ſuſpenſa à conditione alterius cauſæ concurrentis, quin potiùs cauſa 1. facit ſecundas operari, eaſque applicat ad agendum: ergo ſic Deus per ſuam cooperationem adiuuabat hominem in bonis actionibus, vt ea cooperatio non dependeret ab huiuſmodi conditione, ſi homo vellet, ſed potiùs hoc ipſum efficeret. Hinc *S. Doct. in* 1. 2. *qu.* 109. *ar.* 1. *Manifeſtum,* inquit, *eſt, omnes motus tam corporales quàm ſpirituales reduci in* PRIMVM MOVENS SIMPLICITER, *quod eſt Deus*; & ideò quantumcumque natura ponatur perfecta, non poteſt in ſuum *actum procedere niſi moueatur à Deo*: Et art. 9. ad 1. addit, quòd etiam in ſtatu gloriæ, quando gratia erit omninò perfecta, homo diuino auxilio indigebit, ſeu virtute motionis diuinę: ergo Deus eſt qui dat homini, non tantùm poſſe ſi velit, ſed etiam ipſum velle; nec ipſum velle potuit habere primus homo, niſi Deus donet: in 2. diſt. 25. §.7.

43. Gratia Dei non eſt ſubijcienda libero arbitrio, ſed præponenda. At in hoc vitium impingunt, qui putant ordine naturæ liberum arbitrium prius eſſe gratia ad effectum operis. Huncque errorem refellit *Aug. in epiſt.* 106. & quoties docet, non ideo Deum hominis miſereri, quia homo bene voluit; ſed ideò hominem bene voluiſſe, quia Deus illius miſertus eſt, iuxta illud ad Rom. 9. *Non eſt volentis* &c. & voluntatem reſpectu gratiæ comitem eſſe dicit, non ducem: *pediſſequam, non præuiam*: & auctor Hypogn. liberum arbitrium iumento, gratiam rectori comparat: & Arauſic. can. vlt. definit: in omni opere non nos incipere, ſed Deum nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem & amorem ſui priùs inſpirare. ---- Sed nec illi gratiæ Dei ſuam dignitatem aſſerunt, ſed eam aliquo modo ſubiungunt libero arbitrio, qui putant id poſſe eſſe tam rebelle & contumax, vt operationem gratiæ diuinæ fruſtretur, ſic vt ab ea conuerti nequeat. Quocirca manifeſtè deficit opinio, quæ gratiam efficacem non agnoſcit, niſi in infuſione gratiæ habitualis, cùm agnoſci debeat ad ſingulos actus veræ pietatis. ---- Nec minùs

D deficit,

tum eſt, nō vt in cauſam moralem, ſed vt phyſicam, eâque propriiſſimè & intimè operātem ac mouentem: ergo primo homini in ſtatu integro non ſat erat habere cooperationem Dei, qua poſſet, ſi vellet, ſed etiam opus erat adiutorio quo vellet & perſeueraret, vtpotè qui velle & perſeuerare non poſſet niſi Deo hæc in eo operante: in 2. d. 2, §. 7.

Obiectio in 2. d 25. §.7.

Reſp. Abſtinet à voce *præmoueri, præmotio prædeterminatio*: nam ſi eſt primū mouens *præ ac primo ratione* moueſſe ſat intelligitur, maximè priùs eleuare cauſam 2. ad actum ſupernat. In 2. d. 18. § 1. & toto titulo.

Iumentū hoc ſeu animal ſingi debet rationale ac liberū vt pediſſe-

ma reſolutio omnium cauſarum & rationum in ſolam Dei voluntatem eſt referenda, vt non ſit alia vlterior cauſa quærenda ex Aug. *de Trini c.* 3. nec bene ratio aſſignatur, Deus cõcurrit, quia homo voluit. Ideo pactum ratione cuius Deus quodammodo pẽdeat à creaturis, ita ſcilicet, vt ſit paratus operari quotieſcumque voluerint, repugnat rationi primi mouentis, primæ cauſæ, primi agentis. Et Aug. *l.* 2. *con. duas epiſt. Pelag. Auertat Deus hanc amentiam, vt in donis eius nos faciamus priores, Deum poſteriorem;* vel in opere bono nos incipere non Deum: qui tamen dicendus eſt, non tantùm vt cauſa 1. cooperari ſecundis, ſed vt primus motor mouere cętera agentia.

Pactum ſe ſecundum rei po-ſterius ratione quã cauſa 2. repugnat cauſæ 1.

46. Sententia B. Thomæ eaque certiſſima, Deus eſt cauſa omnis actûs ſecundùm genus naturæ ſpectati, ſiue in quantum eſt ens & actus.----Quòd ſi voluntas humana actionem aliquam poſſet producere, cuius actor non eſſet Deus, voluntas humana rationem PRIMI PRINCIPII HABERET, CVIVS EST AGERE SINE AVXILIO PRIORIS AGENTIS. Hoc eſt inconueniens, ſcilicet, vt quod à ſe non habet eſſe, à ſe agere poſſit, cùm etiam per ſe durare non poſſit, quod à ſe non eſt: eſſet illud primum agens reſpectu huius indiuiduæ actionis, ſi hęc actio in aliquod PRIVS AGENS non reducatur ſicut in cauſam: nec Deus eſſet vniuerſalis cauſa omnium entium; quod eſt contra perfectionem primi entis.----Quando voluntas creata operatur actiones, ſiue ſolùm moraliter, ſiue etiam ſupernaturaliter bonas, Deus vult quod ipſa liberè eas operetur: ergo quamuis illam prius naturâ moueat quam ipſa moueatur (PRIMITATE CAVSALITATIS, vt non pauci boni authores ponunt) ſic tamen eam mouet, vt faciat ipſam operari conuenienter ſuæ naturæ, id eſt liberè.

In 1. 2. q. 109. ar. 1. Quod agit ſine auxilio agentis prioris, prima cauſa eſt, etſi increatæ auxilium fingas poſterius. Cauſam 2. agere prius prima tanti eſt, quãti agere ſolam ac eſſe primã. Abſurdum vtrumque: cauſam 1. nõ influere in actũ 2. & causã 1. nõ priùs ſecu. da, ſed primã poſteriùs ſecunda.

47. Iuſtus per gratiam habitualem & virtutes quas habet, poteſt abſolutè perſeuerare, ſi velit, etiam tunc quando conſideratur ſine alio auxilio gratię ſpecialis; quia eiuſmodi gratia & virtutes tribuunt homini poſſe perſeuerare vſque in finem, ſi velit, etſi neque tribuant quod actualiter velit, niſi prætérea adſit auxilium actuale, quod operatur velle: neque etiam dent quod actualiter perſeueret, niſi adſit continua Dei conſeruatio, hoc ipſum facientis. Quamuis autem auxilium gratiæ Dei non ita ſit in poteſtate hominis iuſti, quaſi vel ſubſit poteſtati eius naturali, vel ex ſe poſſit habere velle ſeu deſiderare iſtud auxilium, ad quod deinde ipſum ſequatur, iuxta illud *Fulgen. de Incarn. c.* 17. *male gratiam Dei ſuæ voluntati poſtponunt*; conforme canoni 6. *Arauſi.* Verumtamen hoc dicitur eſſe in poteſtate hominis, quod ipſe per Dei gratiam poteſt habere, & ab eo impetrare.

Opus eſt auxilio actuali peculiari quod operetur velle. Quomodo id auxil. ſit in poteſtate liberi arb.

CAPVT V.

DAMNATORVM ARTICVLORVM.

Nullam circa Angelos aut ſtatum innocentiæ prædeſtinationem fuiſſe in poteſtate Dei.

DAMNATVS ART. III.

XLVIII. ET bonis Angelis, & primo homini, ſi in ſtatu illo perſeueraſſent, vſque ad vltimum vitæ, felicitas eſſet merces, non gratia.

Digitized by Google

Hoc eſt, Beata viſio, ſtante innocentiâ obtigiſſet, illis ex conditione naturæ, liberi arbitrij, eiuſque operum, non ex promiſſo vllo Dei gratuito, non ex electione ſeu prædeſtinatione ad gloriam, & præparatione auxiliorum ad illam, cùm præparari nulla potuiſſent efficaciora, quàm ipſa libertas, ne ipſius indifferentiam violarent.

Vita ęterna homini integro & Angelo promiſſa fuit intuitu bonorum operum;

Et art. 4.

Hoc eſt, poſt intuitum & viſionem bonorum operum, ſeu ſub conditione bonorum operum ſcilicet, ſi Deus in tempore videret bona opera, etiam in tempore decreuiſſet dare vitam æternam; ab æterno nil decreuit; quia nec potuit prœuidere bona opera, quæ non habuit in poteſtate ſua, ſed reliquit in abſoluta poteſtate liberi arbitrij, vt ſeipſum liberrimè in tempore determinaret ad vtramlibet partem contradictionis vel contrarietatis; non eſt promiſſa vita æterna ex vlla ab ęterno pręſcientia abſoluta ac virtute Diuini decreti vllius abſoluti: n. 36.

Et bona opera EX LEGE NATVRÆ ad felicitatem conſequendam PER SE ſufficiebant.

Hoc eſt, EX ORDINATIONE LIBERI ARBITRII, nulla ex præordinatione Dei, vt qui pręſcire ea bona opera non poſſet vlla certitudine, cùm penderent à ſolo libero arbitrio, à caſu, à contingentia; & huic indifferentię libertatis ne fieret iniuria adimendo ipſius natiuum æquilibrium, Deus ipſam inclinare non potuiſſet ad bonum, multò minus ad malum, ſed omnia ipſi ac extrinſecis cauſis debuiſſet permittere. Siquidem nullam aliam promiſſionem aut promiſſionis gratiam facere Deus potuiſſet in ſtatu innocentiæ, niſi à ſolo libero arbitrio pendentem in executione, nullam promiſſionem vitę æternę certo implere per ſeipſum potuiſſet, nec libertatem hominis iuuare ad promiſſionem implendam, ne perderet indifferentiam innocentis arbitrij, quam donò maximo dederat.

Condemnati ſunt à Pio V. & Greg XIII. diuerſi art. vnus dicens, *bona opera ex lege natura ad vitam æternam conſequendã per ſe ſufficere:* conſequens ergo eſt, quòd per nulla opera poſſimus vitam æternam mereri ſine gratia: *Sylueſ in* 1. 2 *qu.* 114. *ar.* 2. Imò ſi preſcire bona illa opera Deum fingas per ſcientiam mediam erant ordinata *ex lege natura* ad ſupernaturalem beatit. antequam Deus decreto poſitiuo illa ordinaret: ſicut opera per ſe mala ſunt prohibita ex lege naturæ, antequam Deus ea prohibeat poſitiuo decreto.

ANTITHESES ESTII.

49. MANIFESTVM eſt ex Scripturis omnes ſaluandos ELECTORVM nomine intelligi. ---- Conſtat etiam in Angelis prædeſtinationem eſſe GRATIÆ ET GLORIÆ præparationem; nec potuit pendere ex pręuiſione meritorum (*multò minus ex viſione* ----) prædeſtinatio & electio ANGELIS CVM HOMINIBVS COMMVNIS EST ---- Omnes prædeſtinati tam homines quàm Angeli vitam æternam accipiunt tanquam iuſtitiæ coronam: ſic tamen vt ipſa iuſtitia ſub eâdem cadat prædeſtinatione, & ita prædeſtinatio TOTA GRATVITA ſit ---- Deus non tantùm præparat electis vitam æternam, eamque dare conſtituit vt mercedem, verùm etiam præparat bona ipſa opera, quibus illam aſſequantur; quippe cuius tanta eſt bonitas, vt noſtra velit eſſe merita (*vel Angelorum*) quę ipſius ſunt dona. ---- Angelorum prędeſtinationem dicunt alij, eſſe propoſitum dandi vitam ęternam pro iuſtitia, in qua eos per ſuum liberum arbitrium perſeueraturos Deus præuiderit (*vel viderit*) ita vt hæc perſeuerantia prœuiſa (*vel viſa*) ſit prædeſtinationis eorum cauſa. Quocirca ad ſtatuendam Angelorum prædeſtinationem putant non eſſe neceſſarium, vt dicatur ijs à Deo plus auxilij collatum fuiſſe, quàm alijs qui ceciderunt, quandoquidem & hi ſtare, id eſt perſeuerare potuerint per illud ſolum quod acceperant, nullo videlicet alio ſuperaddito

In 1. d. 40. § 4. & 41. § 13. & 40. §. 1. & 2.

§. 8.

d 41. §. 14.

Apprimè nouerat ESTIVS ar-

addito, quòd eos actu perſeuerantes faceret: hinc à libero arbitrio petendum originale diſcrimen prædeſtinatorum à reprobis Angelis. Quin eò progrediuntur vt dicant, primum hominem in ſtatu integro non habuiſſe opus oratione, ſed tantùm debuiſſe gratias agere Deo pro donis acceptis, vt quæ abundè ipſi ad beatitudinem ſufficerent, modò ijs vti vellet; quoniam vt vellet in ſolo poſitum eſſet libero eius arbitrio. Quod totum ſimiliter de Angelis tradunt, quorum libertas apparuit, quando diabolo cum ſuis cadente, in veritate ſteterunt. ---- Verum hæc non ſunt tanti vt recedatur à doctrina gratuitę prædeſtinationis etiam Angelorum, quam oſtendimus, ſcripturis, rationi, dictis Patrum maximè conſentaneam.

ctores dānatorum art. cum ijs verſatus in ſcholis diu, eorūque mentem præclarè explicat.

50. Sanctos Angelos Scriptura vocat *Electos*: 1. *Ad Tim.* 5. qua ratione etiam prædeſtinatos vocare eos poſſumus. Sicut enim electi ſunt ab æterno ad beatitudinem, ſimul & ad media, quibus eam conſequerentur, ita ſunt ad eam prædeſtinati. Neque enim in tempore hæc eis bona à Deo collata eſſent, niſi eadem in tempore conferenda fuiſſent ab æterno pręordinata ac præparata: non tamen omnino ſimiliter vt in hominibus: nam gratia Angelis præparata gratuitum quidem & indebitum Dei beneficium eſt, ſiue ad naturam Angelorum reſpicias, ſiue ad meritum iuſtitiæ: neque enim naturę eorum ſublimitas illa debebatur, neque iuſtitię eorum, quæ nulla præceſſerat, reddebatur: attamen non tale quod indignis & malè merentibus conferretur, quale eſt beneficium gratię Chriſti præparatum homini lapſo. Hoc diſcrimine conſtituto, affirmandum; prędeſtinatio Angelorum eſt merè gratuita, abſoluta, independens à præuiſione cooperationis liberi eorum arbitrij. Hoc probat generalis ratio prouidentiæ diuinæ, ſub qua comprehenditur tanquam eius effectus, quidquid Angelos ordinare potuit ad ſalutem, etiam ipſe motus & actus liberi arbitrij gratiam oblatam acceptantis, & acceptâ bene & perſeueranter vtentis. Non enim eſt diſtinctum (inquit S. Thom. ar. 5.) quod eſt ex libero arbitr. & ex prædeſtinatione, ſicut nec eſt diſtinctum, quod eſt ex cauſa 2. & primâ; cùm diuina prouidentia producat effectus ſuos per operationes cauſarum 2. Vnde concludit, id quod eſt per liberum arb. eſſe ex prædeſtinatione, ac proinde non poſſe ſtatui vt rationem prædeſtinationis, cum ſub ipſa prædeſt. vt eius effectus concludatur. Demonſtratio generalis eſt, etiam Angelorum prædeſtinationem complectens; vnde nec neceſſarium putauit S. Tho. articulum *de prædeſt. Angel.* componere; nec *ad Rom. 9. lect. 9.*

Quæritur toto §. 13. d. 41 in 1. *Vtrum Angelorum electio fuerit ex præuiſis meritis*, hoc eſt, ex bono vſu gratiæ cōferendæ, quem in ijs Deus præuidiſſet, an verò prorſus & merè gratuita &c *ibi.*

Etſi videatur hic S. Tho. agere de ſola prædeſt. hominis, ratio tamē generalis eſt, nec deſcendit ſpecialiter ad prędeſt. hominum, niſi quod ſcripturæ ad homines pertineant: ibid.

51. Huic rationi congruunt ſcripturæ etiam generales, quæ docent, Deum eſſe authorem & cauſam omnium rerum, formarum, actionum, motionum, ſicut eſſendi & exiſtendi, ita operandi & agendi: Ad Rom. 11. *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*: 1. Corinth. 12. *qui operatur omnia in omnibus*: Ad Epheſ. 1. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*: Act 15. *in quo viuimus, mouemur & ſumus*; ita vt non à cauſis ſubiectis determinationem ſuæ operationis accipiat, ſed ipſe cauſas omnes ad agendum determinet. --- Specialius huc pertinent ſcripturæ, quæ omnia pietatis opera tribuunt operationi diuinæ, & quamuis propter homines ſcriptæ ſint, ratio & pietas poſtulat, vt ęquè de Angelis intelligantur. Ita affirmat Anſel. *de caſu diab.* quòd in SS. Angelis locum habeat illud Apoſt. *Quid habes quod non accepiſti?* Nec dubitandum, quin præceptum Apoſt. 1. Ad Theſſ. 5. *In omnibus gratias agite,* Sancti Angeli faciant tantò perfectiùs, quantò pleniùs agnoſcunt

Aliæ huiuſmodi allatæ ad d. 19. ad probandū Dei prouidentiam ad omnia extendi: *ibi.*

Digitized by Google

cunt beneficia ſibi à Deo collata. Si ergo non in ſe,ſed in Deo gloriantur,eique de omnibus bonis gratias agunt, perſpicuum fit omnia eorum bona eſſe à Deo vſque ad donorum Dei acceptationem, vſum & vtendi perſeuerantiam. Quod ni eſſet iam haberent aliquid de quo non in Deo, ſed in ſeipſis gloriari poſſent, & proinde gratias nec Deo agere deberent. Dan 4. Rex conuerſus potentiam Dei agnoſcit, quòd iuxta voluntatem ſuam facit TAM IN VIRTVTIBVS CÆLI, *quam in habitatoribus terræ; & non eſt, qui reſiſtat manui eius, & dicat ei, quare feciſti?* Specialis eſt etiam omnium Angelorum in conſpectu throni Dei procidentium confeſſio, Apoc.7. *Benedictio* &c.quibus omnium bonorum gloriam Deo tranſcribentes, agnoſcunt haud dubiè inter alia etiam ſuum omne meritum eſſe Dei donum, ac proinde tale quod contineatur ſub eius prædeſtinatione. Prætereà cùm prior ſit voluntas finis quàm mediorum, Deus etiam Angelis primo voluit beatitudinem vt finem, inde media ad eam ducētia.---Nec tantùm finem prædeſtinat, ſed & media:ergo omne meritum voluntatis Angelicæ, quatenus eſt medium ad illum finem ordinabile, prædeſtinatum eſt à Deo.

Quod ſentire per abſurdum eſt & protinus indignum. *ibi.*

Prædeſtinatio tam Angelorũ quam hominum eſt ex mero Dei beneplacito: *ibi.* Si Deus non poteſt prædeſtinare media, ergo nec finem, ergo neutrum prænoſſe.

52. Sicut homines, ita & Angeli ex nihilo creati : at creatura eo ipſo, quo ex nihilo facta eſt,nullum omnino poteſt motum vel actionem habere originaliter ex ſeipſa, ſed in tantum agit, in quantum agitur ac mouetur à primo agente & mouente: ergo tam Angeli quàm homines omnem liberi arbitrij motum & actionem habent à Deo ipſos in finem ſuæ beatit. dirigente, hoc eſt à prædeſtinante. Vtitur hoc argu. *S. Tho. in vtraque ſumma* & alibi ad oſtendendam vniuerſalem,principalem, efficacem *primam* Dei in omnibus operationem. Item : Si Angelorum prædeſtinatio eſt ex præuiſione bonæ voluntatis oblatam gratiam acceptantis, vt poſſe quidem ſit à Deo, ſed velle & acceptare à ſolo libero arb. iam melius erit quod Angeli habent à libero arb. id eſt à ſeipſis, quàm quod à Deo: melius enim eſt bonum velle quàm poſſe. Quo argum. vtitur Aug contra Pelag. vt probet ipſum velle hominibus à Deo donari, & non ſolùm poſſe aut facilè poſſe,quod illi docebant. Item ſi *maledictus homo qui confidit in homine Ierem.* 17. nunquid & Angelus, qui in ſeipſo confiderit? potuiſſet autem in ſeipſo confidere, ſi ex meritis eius fuiſſet prædeſtinatio: Aug. *de bono perſeu. c.* 17. *&* 22. vtrique in ſeipſo confidenti continget, *vt à Domino recedat cor eius.* De vtroque videtur affirmare Trident. ſeſſ. 6. c. 16. *Abſit vt Chriſtianus in ſeipſo vel confidat vel glorietur, & non in Domino* &c. Item Chriſtus nullâ prorſus in re propriam quærebat gloriam, ſciens & confitens omnia opera ſua *ſibi data eſſe à Patre, nec ſe quidquam facere poſſe à ſeipſo* &c. Ioan. 5.7.8.14. concludi poteſt, nec Angelis, qui Chriſto ſunt longè inferiores, *Ad Hebr.*1. quidquam relinqui proprium, cuius intuitu dici poſſint à Deo prædeſtinari: Ita Gregor. *lib.* 15. *moral. c.*32. *& l.*25.*c.*8. Fulgent.*li.* 2. *de Angel.ad Traſim.c.* 2. *&* 3.Bernar. *de gratia & lib. arb. & ſerm.* 22. *ſuper Cant.& in l.de dilig. Deo circa princip. & Franco tom.* 1. *de grat. Dei.* Canon verò 19. *Arauſ* videtur intelligendus etiam de Angelis, nempe quod ſalutem cuſtodire, id eſt in bona voluntate perſeuerare non poterant abſque gratia Dei,ſcilicet largientis ipſum perſeuerantiæ donum. Nec dubitat *Aug. l.* 12. *de ciuit. c.* 19. quin Angeli bonam voluntatem à Deo eam in ipſis operante acceperint; alioqui ſequeretur res abſurdiſſima, VT MELIORES A SEIPSIS quam à Deo facti fuerint. Quæ ratio Aug. eſt maximi momenti, vt oſtendatur etiam ex D. Tho. qu.23. ar.1.ad 3. Angelos prędeſtinari ſicut homines ſcilicet, non ex meritis : quia omnis

Quod non eſt à ſeipſo à ſeipſo nil agit, nil prius primo agente. quod à ſeipſo eſt.

Hoc argumento *ſiue demonſtratione* vtitur Aug. contra Pelag. *ac dãnatos art.* quibus negatur: Deũ innocenti arbitrio nõ potuiſſe dare facilius poſſe quàm à ſe habebat n. 38

Angelis *cadẽtibus* alios à Deo fuiſſe ſolidatos &c. n. 33.

Ratio Auguſt. maximi momẽti n. 33.

collatio

collatio boni ſupra debitum eius cui confertur, pertinet ad miſericordiam: in 1. diſt. 41. §. 13. Rectè Deum gratiam & gloriam nobis ab æterno præparantem comparaueris cum homine diuite, qui pauperi volens benefacere, opus aliquod ab eo exigit, quo promereatur beneficium ſibi dandum, cùm ipſius operâ non egeat admodum; priùs ſpectans ſuſtentationem pauperis quàm opus eius. Plus etiam facit Deus, qui vitam æternam conſtituit dare vt mercedem, & præparat bona opera, quibus illam aſſequamur. --- Erit itaque plena definitio hæc: *Prædeſtinatio eſt gratię & glorię præparatio* iuxta illud Pſal. *Gratiam & gloriam dabit Dominus*: hęc eſt tam Angeli, quàm hominis, ſiue innocentiam ſeruantis, ſiue in peccatum lapſi prædeſtinatio; ſi vel coniunctim vtramque gratiam interpretemur, ſcilicet huius ſæculi & futuri; vel intelligamus gratiam ad finem debitum perducentem, vel gratiæ gloriam coniungamus.

In 1. d. 40. §. 8.

Prędeſtinationis plena definitio in 1. d. 40. § 6.

ANTITHESES SYLVII.

53. Excellentiori modo Deus habet prouidentiam *electorum*, vt nihil permittat eis euenire, quod ſalutem eorum finaliter impediat, vt omnia cooperentur ijs in bonum, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti: B. Tho. qu. 5. de veri. ar. 7. ex *Apoſt. ad Rom.* 8. ---- Prædeſtinatio verò eſt quędam ratio ordinis aliquorum in ſalutem æternam, in mente diuinâ exiſtens, id eſt propoſitum ſeu decretum, quo Deus ab æterno ſtatuit per certa media in vitam ęternam perducere creaturam intellectualem: nam prędeſtinatio COMMVNIS EST ANGELIS ET HOMINIBVS; etſi ſcripturæ & Patres potiſſimùm ad prædeſtinationem hominis lapſi reſpiciant. ---- Pelagij ſententia eſt vnum prę alio eſſe prædeſtinatum, quia Deus vidiſſet eum piè ſanctèque victurum; & hoc non ex gratiâ, ſed ex SOLIS liberi arbitrij ſui viribus. Hanc hæreticam eſſe, & cum authore ſuo ab eccleſia præſcriptam ex Concilijs & Actis B. Auguſtini tempore habitis conſtat. Pelagianorum alia ſent. merita in hac vita præexiſtentia cauſam eſſe prędeſtinationis; qui ponunt initium bene faciendi eſſe ex nobis, conſummationem ex Deo. Hanc refellit B. Thom.

In 1. p. q. 22. ar. 2. q. 23. ar. 1.

Pelagij hæreſis eſt τὸ *ſolis* &c. q. 23. ar. 5.

54. Angelorum ergo & hominis primi, ſi in ſua integritate manſiſſet, prædeſtinatio eſt etiam ex mero Dei beneplacito, vt probant rationes generales hę: 1. Quidquid eſt gratię eſt effectus prædeſtinationis, non cauſa: At merita quæ per gratiam fiunt ſunt gratię effectus, imò & gratia: ergo ſunt effectus prædeſtinationis & non cauſa illius. Scilicet ipſa gratiæ acceptatio pręuiſa, vel bonus vſus gratię, non poteſt eſſe cauſa prędeſtinationis, cùm ſit effectus ipſius. Talis enim bonus vſus fit à libero arbitrio, & à Deo liberum arbitrium mouente. 2. Voluntatis Dei nulla eſt cauſa: ipſa autem eſt omnium rerum cauſa: ergo quare Deus ab æterno voluerit eligere vnum ad gloriam, & non alterum, nulla eſt cauſa pręter eius bonitatem. 3. Si Deus prędeſtinauit hunc præ illo propter pręuiſa eius per gratiam adiuti bona merita, quęro, quare pręuidit huius bona merita potiùs quàm illius? an non quia voluit & ſtatuit huic ea dare & non illi? Si enim vtrique ſicut poterat, dare voluiſſet, in vtroque ea præuidiſſet. Vnde & B. Thomas in *hoc art.* 3. rationem communem attulit: & *ar.* 1. dixit, prędeſtinari conuenire Angelis ſicut & hominibus, illiſque definitionem prędeſt. ex Aug. allatam attribuit. Et ſi conſiderentur quę habet Aug. *l. 12. de ciui. c. 9. de corrept. & grat. c. 11. epiſt.*

Ibid. ad 3. Rationes generales ibid. ar. 5.

Huc pertinent verba Nabuchó. n. 51.

Digitized by Google

epiſt. 106. *Et Enchir.* 106. 107. perſpicuum fiet hanc eſſe ipſius ſententiam. Quòd putent nonnulli Auguſtinum ponere perſeuerantiam Angelorum in eorum libero arbitrio gratiâ habituali inſtructo, ex iam memoratis locis falſitatis argui poteſt. Illic enim docet neceſſarium eis fuiſſe adiutorium, quod ſtantes habuerunt, qui propterea dicuntur fuiſſe *magis adiuti*. Nimirum alia eſt ratio electionis humanæ, alia diuinæ: humana præſupponit bonum quod eligat; diuina non prę̨ſupponit, ſed cauſat, atque ita diſparitatem ipſamet facit.

Falſitatis arguit dānatus art. ex Aug. n. 10.

55. Fundam. Si donum perſeuerantiæ aut eius efficacia pendet à bono vſu liberi arbitrij quem Deus prę̨uidit, ſequitur quòd illud donum, ſeu eius efficacia ſolum tribuat prædeſtinatis poſſe perſeuerare, ſi velint, non vt velint aut perſeuerent. Sequitur prætereà, quòd actu perſeuerare ſit ab homine, & non à Deo faciente per donum perſeuerantię, vt actu perſeueret. Nam donum id non eſſet efficax prout venit à Deo, & prout procedit ex decreto diuinę voluntatis antecedenter ad vſum liberi arbitrij prę̨uiſum bonum ſub conditione futurum: ergo ſecundum ſe, ſeu independenter ab vſu liberi arbitrij conſideratum non tribuit neque facit actualiter perſeuerare, ſed tantum dat poſſe perſeuerare, ſi homo velit, ita vt voluntas tribuat auxilio rationem formalem doni perſeuerantię, eamque rationem auxilium habeat ab homine, & non à Deo, quia neque eſt Deus, neque Dei auxilium, quod faceret vt homo perſeuerare velit, ac perſeueret, ſed eſt ipſe homo.

In 1.2. qu. 109. ar. 10. qu. 5.

Hæc nullatenus poſſunt admitti in homine, ita nec in Angelo n. 35.

PARS II.

Digitized by Google

PARS SECVNDA

DE STATV NATVRÆ HVMANÆ LAPSÆ.

SYNOPSIS.

56 HAC ſecunda parte ESTIVS SYLVIVSQVE declarant damnatorum articulorum aſſertores, ſiqui ſint, maximè iniurioſos eſſe abſoluto naturæ Domino, quem negant poſſe ipſam naturam ſibi relinquere ſine gratuito concupiſcentiæ frœno; nec minus iniurioſos eſſe ſuæ eidem naturæ; cuius rationalem ſpiritum negant natum hodie, vt generali concurſu Dei vllatenus concupiſcentiam carnis regat: per peccatum originis ac quodlibet, excuti volunt omnem ſubiectionem carnis ad ſpiritum, & ab appetitu ſenſitiuo iugum ſeruitutis ſtrictiſsimæ imponi libero arbitrio, non in eo tantum qui peccat actu, ſed etiam in poſteris: ita quodcumque parentum peccatum eſſe originale in filijs, nullo tamen reſpectu ad voluntarium primi parentis liberrimumque peccatum. Nempe ad peccatum negant requiri voluntarium formale, vllum habituale ſufficere aſſerunt, idque à Deo ſolo infundi in creatione animę, ipsâ nullam vim conferente; idem proinde inuoluntarium dici poſsit, ac propagari ſicut lepra. Concupiſcentiam audent dicere formale peccatum originale, etiam in relapſis; & ob idipſum etiam iuſtos à Deo deſeri, & poſitiuè reprobari, fixâ ab æterno voluntate eos relinquendi in damnationis ſtatu, è quo paucos ſtatuit liberare: ex illo reatu, nondum perfectè deleto, omnium iuſtorum afflictiones & martyria exorta, etiam B. Virginis mortem; peccati fomitem eiuſque motiones, etiam inuitis ac nolentibus, peccata eſſe veri nominis, ac verè prohibita; nec ignorantiam, quæ neceſsitatis eſt, & nullius voluntatis, carere peccato. Naturam verò vniuerſam hominis per peccatum primi parentis, ita corruptam in bonis naturalibus affirmant, maximè in libero arbitrio, vt natiuam indifferentiam funditus amiſerit; & ad bonum ſenſui aut cupiditati iocundum, ita detortam infixamque, vt ad bonum rationis honeſtum propriumque obiectum, nullâ virtute propriâ poſsit, vel vnico actu adſpirare, quin voluntas à concupiſcentia ad malum, ſeu ad peccatum hoc vel illud, ſingulis actibus ſimpliciter neceſsitetur. Hic ſcilicet eſt ſtatus naturę lapſæ, quem peccatum originale conſtituit.

CAPVT VI.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Dominum naturæ abſolutum non poſſe creare hominem cum concupiſcentia naturali.

DAMNATVS ART. XLVIII.

57 DEVS non potuiſſet ab initio talem creare hominem, qualis hodie naſcitur:

Hoc eſt, ſine fræno iuſtitiæ orig nalis, cum pugna carnis & ſpiritus quod proinde frænum v lt eſſe natura-

naturaliſſimum cum ſua radice ſeu gratia ſanctificante, ablatumque formaliter per peccatum origin. alias imputanda eſſet Deo non creaturæ, ea peruerſitas, quæ eſſet materialiter ſcelera creaturæ, vera tamen ſcelera ac peccata Dei. Quaſi verò Dominus naturę non potuerit relinquere in natura vllam infirmitatem, ſomnum, indeliberationem, inaduertentiam, ignorantiam; & peccata materialia ex ijs orta futura fuiſſent formalia Dei peccata, Deusve peccet liberè, cùm indeliberate aut ſemiplenâ libertate errat appetitus rationalis. Quaſi verò peccaſſet Deus, ſi primum hominem creaſſet

claudum, cœcum, monoculum, aut non potuerit per auxilia extrinſeca hominis arbitrio aſſiſtere ſine intrinſeca iuſtitia, ac efficere, vt in poteſtate hominis eſſet rectæ rationi ſe conformare.

ANTITHESES ESTII.

58 DEvs poteſt hominem mortuum reuocare in vitam, abſque eo quòd eum donet iuſtitia originali, & quidem ita fecit: neminem enim eorum quos ad hanc mortalem vitam à morte reduxit, eâ iuſtitiâ donauit. Erat ergo in ijs reſuſcitatis pugna carnis contra ſpiritum, quare & creare ſic hominem potuit. Nam creandi & recreandi, ſeu reparandi quod extinctum erat, eadem eſt ratio. Imò ſi Deus potuit animas iuſtas, quales fuere omnium ferè quos reſuſcitauit, iterum coniungere corpori obnoxio concupiſcentiæ, quantò magis initio potuit animam, neque iuſtam neque iniuſtam, atqui talis homo conſtitutus eſſet in natura lib. ergo concupiſcentia naturale quoddam; rectitudo verò eam tollens aliquid ſupernaturale.---Rectè docet Aug. *l. 3. con. Iulia. c. 12. nulla foret hominis culpa, ſi talis à Deo creatus eſſet, qualis nunc naſcitur.* Et alibi: *Ignorantia & difficultas ſi eſſent hominis primordia naturalia, nec ſic culpandus eſſet Deus, ſed laudandus.* Potuit ergo Deus ſic hominem creare, vt ignorantia veri & difficultas bene agendi, quæ accidit ex rebellione carnis contra ſpiritum, ineſſent ei tanquam naturalia: At non per hoc mutaretur hominis natura. Ergo reuera nunc etiam ei naturalia ſunt, & proinde donum ea prohibens ſupernaturale. Ioa. d. 25. §. 6. d. 31. §. 14. L. 1. retract. c. 9. § 6. cit. Hęc magis aſſeruntur infra n. 64. 69.

59. Cùm iuſtitia propriè & per ſe rectitudinem ſignificet, id eſt, relationem quandam, conſequens eſt, ſubiectum originalis iuſtitiæ eſſe partes, ſeu potentias inter ſe coordinatas. Rectitudo enim ſiue in corporalibus, ſiue in ſpiritualibus, exiſtit in partibus eum inter ſe ordinem habentibus, à quo totum quod ex illis conſtat rectum dicitur. Qui iuſtitiam origin. à gratia non diſtinguunt, illam eſſe ſupernaturalem non dubitant. Si non eſt prorſus eadem cum gratiâ (quæ ſent. probabilior nobis viſa) meritò dubitari poteſt, an ſupernaturalis ſit, non quidem eâ parte, quâ gratiam comprehendit, per quam ſuperior pars animæ Deo perfectè ſubijciebatur, ſed quatenus cōſiſtebat in perfectâ ſubiectione partium inferiorum animæ ſub parte ſuperiori, & membrorum corporis ſub imperio voluntatis. Ibid. §. 5. Gratia & iuſtitia orig. ita ſe habent, vt vna in alterâ comprehendatur. Ibid §. 6. titulo. *An orig. iuſtitia fuerit homini ſupernaturalis.*

60. Sine gratia ſupernaturali potuit eſſe iuſtitia origin. quodam ſenſu. Potuit enim ab initio condi homo cum iuſtitia naturali quâdam: hæc eſt ſententia eorum, qui primum hominem ſine gratia conditum putauerunt, cum iuſtus & rectus conditus fuerit homo. Hæc tamen iuſtitia ſeu partium rectitudo non ideo eſſet à natura, ſed ex beneficio ſupernaturali: ita *Schol. cum S. Tho. 1. p. qu. 95. ar. 1. Manifeſtum eſt, quod illa ſubiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem non erat naturalis; alioqui poſt peccatum manſiſſet, cum etiam in dæmonibus data naturalia poſt peccatum permanſerint*: Et (ex Aug. l. 13. de ciui. c. 13.) *Si gratia deſerente ſoluta eſt obedientia carnis ad animam*: ergo PER GRATIAM *in anima exiſtentem inferiora ei ſubdebantur*: Addit *in 2. diſt. 31. qu. 1. ar. 1. Deus humanæ naturæ in ſui principio contulerat ſupra conditionem ſuorum principiorum, vt eſſet in ratione rectitudo quædam iuſtitiæ origin.* Poſſibilis certè eſt iuſtitia ordinis naturalis: non quæ fluat à natura: nam etiā poſt peccatū flueret, vt proprietas ſeu frigus ab aqua.

origin. quam ſine aliqua reſiſtentia imprimere poſſet inferioribus viribus, & quia hoc gratis collatum fuerat, ideo per ingratitudinem inobedientiæ ſubtractum eſt: vnde factum vt primo homine peccante, natura humana quæ in ipſo erat, ſibiipſi relinqueretur, vt conſiſteret ſecundum conditionem ſuorum principiorum. Idem in ſum. 1. 2. qu. 82. ar. 1. ad 3. docet ex peccato orig. non directè, ſed indirectè ſequi inclinationem in actum inordinatum, ſcilicet per remotionem prohibentis, id eſt, iuſtitiæ origin. quæ prohibebat inordinatos motus. Et catech. Rom. ad illud: *fiat voluntas tua*, dicit genus humanum in primo homine amiſiſſe bona iuſtitiæ origin. quibus à Deo ſupra naturæ ſuæ facultatem auctum ornatumque fuerat, & tanquam fręno cupiditates regebantur.

Nec quæ exigatur à genere naturæ, ſeu à gradu animalis, cùm ipſius naturalem inclinationem prohibeat.

61. Ratio: Compoſitus eſt homo naturaliter ex carne & ſpiritu: ratione carnis quâ cum beſtijs communicat, propenſionem habet ad bonum corporale & ſenſibile, in quod fertur per ſenſum & ſenſualem appetitum; ratione ſpiritus, quo participat cum Angelis, propenſionem habet ad bonum ſpirituale & intelligibile in quod fertur per intellectum & appetitum rationalem. Quocirca naturale eſt homini contrarias inter ſe habere propenſiones; ac proinde pugna carnis contra ſpiritum naturaliter competit homini: igitur beneficium, quo rebellio huiuſmodi tollebatur, efficiendo vt pars inferior ſuperiori perfectè ſubiugaretur, ſupernaturale donum fuit. Item: Deus illius rebellionis non eſt author, nam *concupiſcentia non eſt ex Patre*, Ioan. 1. 2. neque diabolus, vtpotè qui tantùm ſuaſit peccatum, non etiam puniuit; neque ipſe homo illius author fuit peccando, niſi tantùm vt cauſa meritoria: reſtat vt referatur in conditionem materię velut cauſam efficientem, in Deum ac diuinam iuſtitiam vt cauſam remouentem prohibens, inquantum ſcilicet Deus iuſtè ſpoliauit eo beneficio, quod rebellionem illam ex conditione materiæ, & proinde naturaliter in homine orituram, inhibebat. Certè rectitudo quà inferiora continebantur ſub obedientia ſuperiorum non erat ex vllis cauſis naturalibus, neque omninò nata à talibus oriri: nō ergo naturalis erat, ſed ſupernat. Ideo Aug. *l. 2. de nupt. c.* 14. beatos vocat homines eò quòd caruerint pudendâ libidine, & ſine ea generare potuerint; dicitque hoc eis Dei benignitate conceſſum. Beati autem non dicerentur ab eo quod naturale eſt: benigna enim conceſſio ſonat aliquid donatum ſupra naturam. Certè iuſtitia origin. non complectitur immortalitatem & impaſſibilitatem in Chriſto.

Prima, naturalior, vehementior inclinatio eſt ad obiecta ſenſibus percepta. Secunda, debilior, infirmior, inclinatio ad bonum rationis per ſenſus cognitum, vocatur naturalis infirmitas naturæ.

Nec rectitudo nata eſt fluere ab vllis cauſis natur. Beatitudo eſt indebita naturę, ex Aug.

62. S. Tho. 1. 2. qu. 82. ar. 3. ad 1. docet, concupiſcere eſſe homini naturale, quantum eſt ſecundum ordinem rationis: idipſum eſſe contra naturam, quantum tranſcendit limites rationis: & *qu.* 85. *ar.* 1. & 2. per peccatum, non ſolùm priuari hominem bonis ſupernat. ſed etiam diminui bonum naturæ: quibus omninò apparet hunc Doct. agnouiſſe, quòd rectitudo prauæ concupiſcentię prauiſque eius inclinationibus oppoſita, ſit homini INTEGRO aliquo modo naturalis, ſecundùm eum modum quo ab Aug. dictum eſt, ea quæ dicuntur vitia naturalium eſſe priuationes bonorum: maximè cum iuxta S. Tho. rectitudo illa per ſe non perficiat hominem niſi in ordine ad finem naturalem. Nec videtur eſſe in natura humana ſecundum PVRITATEM EIVS ET INTEGRITATEM, QVAM HABET A DEO, quòd ſenſus hominem abſtrahant à ſummo bono, & inclinent ad peccatum. Facere enim vt hoc ſit homini naturale, etſi non eſt prorſus impoſſibile, ſaltem videtur eſſe inconueniens diuinæ bonitati, cui proprium eſt ſecundum Dionyſ. omnia ad ſe attrahere.

Nihilominus rectitudo illa naturalis competit naturæ, vt integræ; & eſt conueniens diuinæ bonitati, quis neget?

Etſi negatio iuſtitiæ orig. non ſit impoſſibilis Deo vt domino naturæ, qui hūc defectum

trahere. At neque in beſtijs alijſque creaturis conſpicitur huiuſmodi repugnantia virium naturæ contra finem ſuum naturalem. Porro huic ſent. non obſiſtit condemnatio art. qui *primę creationis integritatem* &c. n. 10. Loquitur enim ille de integritate prima, quatenus comprehendit gratiam, imò quatenus in gratiâ præcipuè conſiſtit, de quâ oſtendi, non fuiſſe homini naturalem, ſed ſupernat. Patet hic ſenſus manifeſtè ex doctrina *Auctoris* in eo cap. cui titulus idem eſt cum art. Nam ibi præcipuè agit de gratia, quæ abſolutè iuſtum & rectum hominem conſtituit: idem patet ex art. 21. 23. 24. pręcedentibus qui cum iſto ſunt eiuſdem argum. & loquuntur tantùm de dono gratiæ adoptantis hominem in filium Dei.---- Denique etſi detur, Deum poſſe creare hominem ſubiectum concupiſcentię, non tamen conſequens erit, hominem in puris naturalibus talem fore. Poteſt enim Deus hominem creare cęcum, vnoculum, claudum, vel aliquo quopiam naturali membro vel facultate priuatum, nec ideo tamen quidquam horum competet homini quem ponimus in puris naturalibus ibid §. 6. Hoc ſtat, quod peccatum non eſt eius naturæ vt tollat principium aut donum aliquod naturale, ſed tantùm, vt per illud amittatur donum gratiæ ſupernat. ibid. §. 3.

abſolutè potuit relinquere, ita vt non eſſet author peccati quod nullum eſſet, ſi libertatem tolleret ille defectus Potuit & auxilijs naturalis ordinis extinſecis frænare concup. vel non concurrere cum ipſa, ſi præceptum dilectionis ab eo impleri voluiſſet.

ANTITHESES SYLVII.

63. STATVM puræ naturalem hominis, vt Angeli, Deo poſſibilem nemo neget.---- In hoc ſtatu vt ſibi proprio creatura rationalis citra omnem culpam deſeri potuiſſet ab authore ſuo.---- In quo potuiſſet homo viribus naturæ pulchram honeſti formam amare, quodlibet verum naturæ ac plura cognoſcere diſtributiuè, multas veritates practicas complecti, tentationes faciles ſuperare, & quamcumque mediocrem: ad quodlibet difficile bonum morale non haberet potentiam moralem, niſi, de diligendo ſuper omnia ſuo authore, natura accepiſſet præceptum: quod Deo & homini congruum fuiſſet: tunc enim qui nihil ſupra facultatem naturæ præcipit, generalia auxilia naturalis ordinis adieciſſet, quibus naturæ viribus, abſque gratia Dei potuiſſet homo authorem ſuum, ac naturalis beatitudinis diligere ſuper omnia, actus moraliter bonos naturales elicere, & implere pręcepta omnia ordinis naturalis, ſuperatâ etiam graui tentatione, ſaltem ad aliquod tempus. Eguiſſet autem ſpeciali auxilio naturæ indebito, vt omne verum naturale, omneſque veritates practicas, abſque errore intelligeret, multò magis vt difficilia virtutum moralium opera pręſtaret.

Reuerentia ESTII in ſedem Apoſt. Explicatio eiuſd. dilucida: Peccatum nil tollit naturale: ſuſtulit iuſtitiâ orig. ergo nō eſt naturalis. Vacillanti ſimilem ſent. ESTII de iuſtitia origin. omnirò indebitâ naturæ puræ, etſi naturalis ordinis fingatur, confirmat Syluius, theſi propugn. 21. Febr. 1645. & 11. Apr. 1644.

64. Huc faciunt articuli à Rom. Pontif. condemnati, quorum 53. erat, *Deum non potuiſſe ab initio talem creare hominem, qualis nunc naſcitur*: contra quem ſcribens facultas Theol. Louan. *Talis*, inquit, *fieri potuit, qualis nunc naſcitur, non quod peccator aut vitioſus prauuſque qualis nunc naſcitur, inſtitui à Deo potuerit; ſed quia corpore quidem fragili & mortali, animo verò tardo, hebeti, atque ad percipiendum veritatem difficili facili autem ad errorem, & in voluptatem ſeu ſenſuum oblectamenta labili & prono*. Pariter condemnatus 26 *Integritas primæ creationis*. &c. n. 10.---- De iuſtitia orig. quatenus conſiſtebat in perfecta ſubiectione partium inferiorum ſub ſuperiori, & membrorum corporis ſub ratione, plerique docent eſſe ſupernaturalem cum S. Tho. 4. con. gen. 52. *Sic natura humana fuit inſtituta in ſuo primordio, quod inferiores vires rationi ſubijcerentur, ratio Deo, & animæ corpus: Deo* PER GRATIAM *ſupplente id quod ad hoc deerat per naturam*: Et qu. 25. de veri. art. 7. *Quod homini in primo ſtatu collatum fuit, vt ratio totaliter inferiores vires contineret,*

Status puræ naturæ cum concupiſcentia deſcriptus. In 1. p. q. 95. a. 1.

Digitized by Google

neret, & anima corpus, non fuit ex virtute principiorum naturalium, ſed ex virtute originalis iuſtitię, ex diuina LIBERALITATE SVPERADDITÆ. Quia ſi huiuſmodi ſubiectio fuiſſet PLANE naturalis, cùm naturalia tam in homine quàm in Angelo peccante remanſerint, ea manſiſſet poſt peccatum. Et rebellio virium inferiorum ſecuta eſt ex remotione doni ſupernat. ſcilicet gratię, ex *Aug lib.*11. *de Gen.c.*31. *& l.* 13. *de ciui.c.* 13. Ergo ſubiectio pendebat à gratia. Item: *Ignorantia & diffic.*&c.n. 58. ergo ſi ſola hominis natura conſideretur, eiuſmodi defectus poſſent ei conuenire, ac proinde donum, quod eos prohibebat, ſupra naturam erat. Deinde rectitudo illa non eſt nata cauſari ex principijs naturę: quin potiùs pars inferior & ſuperior, ſi ſecundum ſuam naturam conſiderentur, contrarias videntur habere inclinationes, inferior quidem ad ſenſibilia, ſiue ſint ſecundum rationem, ſiue non, ſuperior autem ad intelligibilia.

Quæritur 1. *An gratia & iuſtitia orig. fuerit primo homini naturalis.*

Affirmat planè ad verbum SYLVIVS, quæ ESTIVS n. 58.

65. Si naturale dicatur, quod ex naturæ principijs natum eſt ſequi, ſic homini ſecundum ſolam ſuam naturam abſque gratia naturæ ſuperadditâ conſiderato, concupiſcentia quodammodo eſt naturalis, ratione partis inferioris; quia in natura ſic conſiderata eſt ſufficiens principium concupiſcentiæ: licet homini ſecundum quod à Deo conditus eſt, non ſit naturalis, ſed pœnalis, vt B. Tho 4. con. gen. c. 52. & qu. 25. de verit. ar. 7. cor. addit, originali iuſtitiâ per peccatum ſublatâ *homo redit ad ſtatum conuenientem ſibi per principia ſua naturalia.----Sicut naturaliter homo moritur, nec ad immortalitatem reduci poteſt niſi miraculosè, ita naturaliter concupiſcibilis tendit in delectabile, & iraſcibilis in arduum præter ordinem rationis* &c. Quibus conſentiens Bellarm. l. 1. de gra. primi hom. c. 7. affirmat concupiſcentiam futuram ſine dubio naturalem in puris naturalibus, non quidem vt bonum naturę, ſed vt eius defectũ ac morbum ex conditione materiæ conſequentem.---Neque tamen dicendum eſt quod concupiſcentia ſit à Deo, partim quia non eſt ſecundum conditionem naturę à Deo primitus inſtitutę, ſed eſt ex defectu naturę degenerantis ab eo ſtatu, in quo Deus eam condiderat; partim quia facultas quidem ſeu potentia concupiſcibilis eſt à Deo vt authore naturę: quod tamen ea in puris naturalibus etiam conſtituta ferretur in delectabilia pręter ordinem rationis; eſſet morbus ſeu defectus naturę, quem Deus non cauſaret, neque vellet, ſed ſolum non impediret, & quem homo deberet odio habere ſeu ei reſiſtere.----Si vero naturale dicatur id quod eſt vel naturæ bonum, vel ex intentione authoris naturæ, ſic concupiſcentiã non eſt naturalis, ſed contra naturam. Vnde ſi homo fuiſſet conditus in ſtatu purè naturali, fuiſſet conſtitutus cum aliqua rectitudine partium inferiorum ad ſuperiores & ad Deum (nam *in homine concupiſcibilis naturaliter regitur ratione*, ait S. Tho. 1. 2. qu. 82. ar. 3. ad 1.) quia tamen non habuiſſet gratiam, & talis rectitudo non poteſt eſſe firma ſine gratia, vt ipſe tradit *qu.* 5. *de malo ar.* 1. *ad* 13. ideò concedendum eſt, quòd in illo ſtatu, non defuiſſent motus concupiſcentiæ, mali quidem & pudendi, quatenus & eſſent contra rationem & ad peccatum inclinarent, ſed tamen eorum malitia nequaquam eſſet referenda in Deum; ſicut nec peccatum referendum eſſet, ſi feciſſet hominem in aliqua quidem naturali rectitudine, pronum tamen ſeu facilem ad errores, voluptates, & oblectamenta ſenſuum.

Si natura ſibi relicta tendit ad nihilum, quid ni ſiũ ſi ad defectus naturales ac morbos, quos in viuentibus & animalibus intuemur? Quaſi vero in ſola hominis naturâ nullum defectum permittere potuerit author naturæ totius. Concluſio ex vtroque auctore eſt: Deus vt naturæ Dominus potuiſſet creare hominem ab initio talem, qualis hodie naſcitur, imò adhuc ſuſfiſſet Dei miſericordia in homine, poteratque adhuc miſerorem condere, claudum, monocu-

E 3 66. Ex his

lum &c. attributa nempè munificentiæ, liberalitatis &c. ſunt maximè libera, nec minuunt liberrimum eius dominium in creaturas, multò minùs tollunt. Supereſt vt definiatur, quid naturæ Deus debeat,

cum indebitum omne ſit gratia, non naturale: & dicimus, iuſtitiam orig. nullo titulo deberi naturæ, etſi natura à liberalitate Dei illam exigere poſſit, nullo tamen iure, ſed OMNI PRECE.

66. Ex his nequaquam ſequitur, primum hominem per peccatum fuiſſe duntaxat ſpoliatum, & non vulneratum, ſed omninò tenendum eſt, quod fuerit nudatus gratuitis, vulneratus in naturalibus & propterea quòd homo, qui in puris naturalibus conſtitueretur, ab homine, qui nunc naſcitur ex Adam, differet SICVT NVDVS DIFFERT A SPOLIATO SIMVL ET SAVCIATO. Certum enim eſt quòd naturalia hominis per peccatum ſint corrupta, id eſt vitiata, debilitata, in malum proniora, quàm fuiſſent in ſtatu hominis merè naturali. Quo pertinet Scriptura Lucæ 10. de homine deſcendente in Hiericho, & *plagis impoſitis, ſemiuiuo relicto*. Et Arauſi. can. 1. definit, hominem per offenſam præuaricationis Adæ totum, id eſt ſecundum corpus & animam, in deterius eſſe commutatum, quæ verba repetit *Trident. ſeſſ.* 5. *can.* 1. *&c.*

Non vult SYLVIVS vulnera à naturam quopiam vulnere poſitiuo intrinſecè inflicto à Deo in infantulo, ſed per deſtitutionē extrinſecā quorundā auxiliorū & protectionis diuinę, quorum ſe indignam præſtitit natura per Capitis peccatum, ita vt mereatur à concupiſcentia allici magis quàm à ſuo Auctore protegi, ſicut protecta fuit per negationem concurſus cum concupiſcentiâ, aut robuſtiores concurſus cum ſpiritu contra illam: nec aliud vult ESTIVS.

CAPVT VII.

DAMNATORVM ARTICVLORVM.

Peccatum originale non eſſe voluntarium vllo modo, ſed habituale inuoluntarium.

DAMNATVS ART. XLV.

67. AD rationem & definitionem peccati non pertinet voluntarium, nec definitionis quæſtio eſt, ſed cauſæ & originis, vtrùm omne peccatum debeat eſſe voluntarium.

Deſcenditur ad peccatum, quod nullo planè actu voluntatis nec ſpontaneo, nec libero, nec directo nec indirecto, nec interpretatiuo conſtet; vt tacitè inferatur, dari verum peccatum ſine vero reatu pœnæ ignis æterni, niſi fortè mitiſſimi, qui obtigit paruulis cum originali peccato decedentibus, vt ab iiſdem aſſeritur, qui ideò volunt, ſolum Adæ peccatum fuiſſe reatum ignis æterni ſæuiſſimi, *qui præparatus eſt diabolo*, quia id peccatum ſolum Capitis fuit planè liberum, nedum ſpontaneum ac voluntarium: ſicut liberrimum fuit peccatum ſingulorum dæmonum, qui propter hoc vnicum ac primum ſuum peccatum cruciantur igne æterno; cæteris peccatis quæ admittunt in horas & momenta non incurrunt reatum nouæ pœnæ, quia hæc noua peccata non ſunt libera, ſed neceſſitate commiſſa: huc colliniant *articuli damnati ſeqq.*

Peccatum aſtruitur ſine voluntario. ſpōtaneo, libero, vt inferatur peccatum eſſe etiam ſine reatu cruciatuum æternorum; quia grauiſſima hæc pœna inferri nequit ſine graui culpa; nec poteſt eſſe grauis ſupplicij digna culpa, quæ nullo modo eſt voluntaria, nedum libera.

Vnde peccatum originis verè habet rationem peccati ſine VLLA relatione & reſpectu ad voluntatem, à qua originem habuit.

Nequidpiam voluntarij interpretatiui in peccato originali paruulorum agnoſcatur, hoc articulo nec volunt agnoſci vllum formalem reſpectum in paruulis ad voluntatem primi parentis, etſi ab ea originem habere velit; hoc eſt admittunt reſpectum effectus ad cauſam demeritoriam, nullum tamen reſpectum in genere cauſæ formalis extrinſecæ, ne voluntates paruulorum incluſas in voluntate Adami fuiſſe, cogantur agnoſcere.

Quaſi verò paruuli imprudenter ſuas voluntates commiſiſſent parenti ſapientiſſimo.

ANTITHESES ESTII.

VT veram peccati rationem in paruulo agnoſcamus, neceſſariò reſpiciendum eſt ad illam voluntatem, à qua velut radice propagatum eſt hoc

In 2. d. 30. §. 12.

Digitized by Google

hoc malum. ---- Nam voluntarium eſt de ratione peccati humani propriè dicti (quo definit AVG. VOLVNTAS *retinendi vel conſequendi, quod iuſtitia vetat:* quia ex voluntate malâ quaſi ex mala radice procedunt mala opera vt fructus mali; & opera externa malitiam ſortiuntur ex actu interno voluntatis, non contrà) ---- Ratio: peccatum eſt opus malum intellectualis naturæ vt talis eſt ſcilicet quatenus iudicio rationis vtens operatur: quare à ſola voluntate dicitur homo malus vel bonus, cuius imperio cæteræ vires animæ reguntur & ſubiectæ ſunt.---- Omne peccatum eſſe voluntarium ad ſola mortalia reſtringere conatur *Magi. ſent.* 5. *D.* quaſi non omnia venialia ſint voluntaria, ſed generalis eſt doctrina Aug. *l. de verâ relig. c.* 14. *Vſque adeò peccatum, voluntarium malum eſt, vt* NVLLO MODO *ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium.* Et l. de duab. animab. NVSQVAM *niſi in voluntate peccatum eſt: & l. de lib. arb. c.* 17. *non eſt cui rectè imputetur peccatum niſi voluntati.*

In 2. d. 5. §. 1.

In 2. d. 41. §. 5.

NVLLO MODO PECCATVM eſt niſi aliquo modo voluntarium ſit, ex Aug.

ANTITHESES SYLVII.

68. HVC pertinet, quòd Pius V. & Greg. XIII. condemnarunt hunc ar. *Ad rationem & definitionem peccati* &c.----S.Th. 1. 2. q. 74. ar. 1. docet voluntatem eſſe ſubiectum peccati; quia actus peccatorum ſunt immanentes & PRODVCVNTVR A VOLVNTATE: hi enim ſunt appetere & cognoſcere, qui non tranſeunt in exteriorem materiam, ſed manent in agente : & *nullum peccatum eſſe poteſt niſi ſit voluntarium.* ---- Quod ſumitur: *malum eſt præter voluntatem & intentionem*: verum eſt de malo ſub ratione mali, quod vt ſic non eſt volitum, nec intentum; poteſt tamen eſſe volitum & intentum ſub ratione boni apparentis. Quod Aug. *l. de duab. anim.* ait, *non niſi voluntate peccatur,* explicat S. Tho. *ſicut primo mouente*, quia non peccatur alijs potentijs, niſi motis per voluntatem.

In 1. 2. q. 73. ar. 4.

Peccatum procedit à voluntate, elicitiuè vel imperatiuè.

ANTITHESES ESTII.

69. PECCATVM originis volũtarium rectè & verè dicitur, partim voluntate primi parentis, ex qua tanquã cauſa efficiente malum hoc originale eſt propagatũ in poſteros, partim VOLVNTATE SINGVLORVM, in quibus eſt hoc peccatum; propterea quod voluntas eorum, licet nunquam fuerit in actu, reuerâ tamen infecta eſt vitio concupiſcentiæ prauę, à quo ipſa mala, peruerſa, atque à DEO auerſa & prauè inclinata dicitur. Porro neutra voluntarij ratio in peccato orig. ſeorſim ſumpta ſufficere ad peccati rationem videtur: non prior, quia ſi ea ſola ſpectetur, voluntarium tantùm extrinſecus competit ei, quod in paruulo dicitur eſſe peccatum originis, & per conſequens ſub peccati ratione non erit paruulo internum originale illud malum: neque poſterior; quia peccatum omne, vt peccatum ſit, voluntate aliquâ fieri aut factum eſſe, neceſſe eſt: nam alioqui Deo, aut naturę, cuius Deus inſtitutor & auctor eſt, adſcribendum eſſet. Vtramque rationem breuiter complexus eſt AVG. l. 1. retract. c. 13. dicens, peccatum orig. non abſurdè vocari voluntarium, quia ex prima hominis voluntate contractum, factum eſt quodammodo hæreditarium.---- Ex dictis clarum eſt non ita omnes homines in Adam fuiſſe, quaſi in illo vel tota eorum ſubſtantia, vel aliqua pars eius realiter, vel materialiter fuerit, ſed tanquam in cauſa efficiente ac generatiua, eaque non proxima, à qua neceſſe eſt aliquid materiæ communicari ei quod gignitur, ſed mediata ac remota, à qua non oportet vt materiæ aliquid perueniat ad ea, quæ mediatè ab eo gignuntur : id quod exemplo alio-

rum

In 2. d. 30. §. 12. & 15.

Peccatum originis ſine reſpectu ad voluntatem primi parentis non eſt peccatum: ergo ſine eo reſpectu conditus homo, non eſſet peccator ſc. *in ſtatu in quo hodie naſcitur.* n. 57. 67.

rum animantium, quæ generatione propagantur, declarari poteſt. Hoc autem modo etiam Chriſtus in Adam fuit, quia ex eo mediatè natus eſt. Cæterùm modo quodam peculiari nos in Adam fuimus, quomodo ibi non fuit Chriſtus, nempè ſecundùm rationalem ſeminalem, qua nimirum per commixtionem vtriuſque ſexus fit generatio. Non enim Adam vel ipſe habuit, vel in poſteros transfundere potuit virtutem generandi ex altero tantùm ſexu. Dicuntur omnes homines in Adam tanquam in maſſa, non proprio ſermone, ſed ſimilitudine quadam cauſæ efficientis cum cauſa materiali. Propriè enim ad cauſam materialem pertinet maſſa, ex qua fit quidpiam. Sed quia cauſa generans etiam materię aliquid communicat ei quod proximè ex ipſo gignitur, hinc non malè maſſę vocabulum ad generantem transfertur.

Omnes præter Chriſtum in Adamo fuimus tanquam in maſſa, ergo & omnes paruulorũ voluntates. ſi enim lege naturali voluntas parentum eſt paruuli interpretatiuè in contractibus donec retractetur, quidni voluntatem Adæ potuit Deus interpretari omnium poſterorum.

70. Adam fuit conſtitutus à Deo caput in eſſe tum naturali, tum morali omnium, qui ab eo deſcenſuri erant ſeminaliter, ſeu ſeminalem propagationem, ſiue per vim actiuam ſeminis: ita Adæ poſteri conſiderandi ſunt vt vnum corpus, cuius Adam fuit caput & principium gerens perſonam totius naturæ propagandæ. Ipſi verò vt capiti generis humani collata fuit iuſtitia orig. non pro perſona ſua tantùm, ſed pro tota natura, cuius erat caput: ideo ſicut ab ipſo quoad eſſe naturale pendebat vt natura propagaretur & deriuaretur ad poſteros; ita etiam ab eo tanquam à morali agente pendebat vt iuſtitia, in qua erat conſtitutus, ad ipſius poſteros tranſiret. Hinc voluntas Adæ conſiderati in ratione capitis, erat quodammodo voluntas poſterorum eius, ita vt quidquid ille ſic vellet, IPSI ETIAM VELLENT, non propriâ & perſonali voluntate, ſed communi ſcilicet capitis ſui: non quod voluntas Adæ eſſet poſterorum quantum ad quidlibet, ſed quantum ad velle ea, ex quibus ſtatus ille conſeruaretur vel amitteretur. Præceptum autem non comedendi de ligno ſcientiæ boni & mali fuit datum Adę etiam vt ſtipiti vel capiti totius naturæ, ita vt ipſo id ſeruante, eius poſteri cenſerentur ſeruare; ipſo tranſgrediente, cenſerentur tranſgredi. Hinc *Baſil. hom. 1. de ieiun. quia non ieiunauimus, exulamus è paradiſo*: quaſi diceret, quia non abſtinuimus ab eſu ligni vetiti. Et Aug. *2. de nupt. c. 11. ad hæc Gen. 17.* ita legit: *Maſculus qui non circumcidetur carne præputij ſui octauo die, diſperiet anima eius de genere ſuo, quia teſtamentum meum diſſipauit: tunc,* inquit, *diſſipauit teſtamentum Dei, non hoc de imperata circumciſione, ſed illud de ligni prohibitione, quando per Vnum hominem peccatum intrauit in mundum &c.*

Explicant ESTIVM, optimè Antitheſes SYLVII in 1. 2. q. 81. ar. 1. q. 8.

Voluntas Adæ voluntas poſterorum quodammodo: ergo poſteris quodãmodo voluntariũ eſt peccatum Adæ.

Luculentũ Aug. teſtimonium.

71. Ad horum porrò veritatem ſtabiliendam, non putamus agnoſcendum eſſe pactum aliquod inter Deum & Adamum olim initum, ſed ſufficit Dei decretum, quo & iuſtitiam origin. Adæ dedit pro ſe ſuiſque poſteris, & voluntatem ipſius ſtatuit habendam eſſe pro voluntate poſterorum, quantum ad obſeruationem & tranſgreſſionem pręceptorum, ex quibus pendebat conſeruatio & amiſſio ſtatus innocentiæ. Quod decretum innotuiſſe Adæ ex eo veriſimile eſt, quod alioqui tranſgreſſiò diuini pręcepti non fuiſſet ei voluntaria vt capiti, ſed ſolùm vt perſonę ſingulari, cùm circumſtantia prorſus ignorata non poſſit eſſe voluntaria. Neque hoc decretum videatur iniuſtum; quia Deus, vt ſummus Dominus, habet in ſua poteſtate omnes hominum voluntates: & ſicut nos ſuis præceptis obligauit in Adam, ita ſuis gratuitis

Non eſt opus recurrere ad pactum, cum decretum Dei innoteſcens Adæ ſufficiat ad rationem voluntarij orig. Multiplex ratio.

Digitized by Google

tuitis donauit in ipſo: adeò vt ſi Adam in illis perſeueraſſet, Deus ſimul cum natura iuſtitiam eius poſteris dediſſet. Imò nec dedit illi vllum difficile præceptum His præmiſſis, dicendum: peccatum originis eſſe paruulis voluntarium partim voluntate primi parentis, partim VOLVNTATE SINGVLORVM. Nec ſequi quod ſit voluntarium denominatione tantùm extrinſecâ, ſcilicet à voluntate, quæ non eſt in paruulis, ſed in primo parente: nam recipitur in voluntatibus ſingulorum, & ad eos peruenit ex ea voluntate voluntatiſque libera actione, cuius ipſi erant participes, ſcilicet ab actuali tranſgreſſione Adæ, vt continentis totum genus humanum, omneſque ſuorum poſterorum voluntates. Quando enim peccauit, omnes eramus in illo vt eius membra, vel quoddam corpus, cuius ipſe erat caput: ideo ipſo peccante, peccabamus omnes iuxta illud Aug. *de pecca. merit. c.* 10. *in quo omnes peccauerunt, quando omnes ille vnus homo fuerunt.* Negat S. Tho. hoc art. inordinationem, quæ eſt in homine ex Adam genito eſſe voluntariam voluntate paruuli propriâ & perſonali, quę ſit vel aliquando fuerit in actu, non négat ſic eſſe voluntariam voluntate paruuli, vt eam reuera inficiat, eique inhæreat, & ex actuali voluntate primi hominis ei proueniat, in quo tanquam in radice erant omnes. --- Sic peccatum orig. ineſt vnicuique proprium ex *Trident. ſeſſ.* 5. *can.* 3 ita ſcilicet vt paruuli non renati, formaliter & per denominationem intrinſecam ſint ac denominentur peccatores à macula ipſis inhęrente, vt reuera ſint immundi, ideoque indigeant ablui per baptiſmum; ſicut vnicuique contingit mors propria. Neque enim pœna infligitur niſi propter peccatum proprium: & ſicut iuſtitia, quæ ad poſteros Adę fuiſſet tranſmiſſa, ſi ipſe non peccaſſet, vnicuique illorum inhæſiſſet, eum reddens formaliter & intrinſecè iuſtum: ita illius iuſtitiæ priuatio ſeu peccatum orig. ineſt vnicuique dum naſcitur, eum reddens formaliter & intrinſecè peccatorem.

Deciſio conformis n. 69. & explicatio clariſſima.

Voluntas paruuli, alia capitis, alia perſonalis. ibid. qu. 6. Doctrina fidei.

Peccatum orig. eſt priuatio iuſtitię, non negatio pura.

DAMNATVS ART. XLVI. & XLVII.

72. **Peccatum originis eſt habituali voluntate paruuli voluntarium.**

Scilicet non habituali voluntario relicto ex actuali interpretatiuo in Adam, cum nullum actuale, nec interpretatiuum paruulos hàbuiſſe in Adam velint aſſertores damnati artic. ſed habituale voluntarium fingant concreatum cum anima, quale ex actuali proprio & perſonali relinqueretur, ideo addunt:

Et habitualiter dominatur in paruulo.

Hoc eſt, neceſſitat voluntatem paruuli ad actualia peccata, ſtatim ac in cogitationem venerint:

Eo quod non gerat contrarium voluntatis arbitrium:

Hoc eſt, quià non eſt conditus cum habituali voluntate bonâ ſeu cum charitate ſupernaturali, quæ connaturaliter diffuſa per Spiritum Sanctum fuiſſet, ſi non peccaſſet Adam: Ita ſe explicant:

Et ex habituali voluntate dominante fit, vt paruulus diſcedens ſine regenerationis Sacramento, quando vſum rationis conſecutus erit, actualiter Deum odio habeat, Deum blaſphemet, legi Dei repugnet.

Scilicet, neceſſitatur voluntas, prout creata à Deo eſt, infuſaque corpori, ad odium ſui creatoris actuale, etiam cum perfecta deliberatione plenaque rationis aduertentiâ: nec tamen actualia hæc peccata refunduntur in creatorem talis animæ, licet habitum odij Dei ipſe concreet: ſed in primum parentem, licet Adæ peccatum nullo modo nec interpretatiuè voluntarium fuerit paruulo, nec voluntas paruuli ad illud primi parentis peccatum dicat vllum reſpectum.

Habituale inuoluntarium infuſumque à Deo, eſſe peccatum orig. ſcilicet, creatur anima rationalis vel cum charitate ſupernat. vel cum vitioſo habitu cupiditatis: inter duo contraria nil mediū contradictoriè. Odium Dei habituale concreari in anima à Deo ſolo ex cauſa Adæ demeritoriâ, horrendū!

Digitized by Google

ANTITHESES ESTII.

73. Restat vt anima quam Deus immediatè corpori infundit, cum à Deo peccatum non habeat, non niſi per carnem, quæ à parentibus accipitur, peccatum contrahere dicatur. Modus eſt, ſi dicatur, ad primam naturæ inſtitutionem hoc pertinere, vt primo homine ſeruante iuſtitiam, in qua creatus eſt, eandem Deus omnibus eius poſteris in ſua cuique origine daturus eſſet: illo vero iuſtitiam deſerente, Deus quidem non deſiſteret condere naturam in poſteris ex eo naſcituris, non tamen daturus eſſet iuſtitiam, quam ille pro ſe ac tota poſteritate acceptam deſeruiſſet. Quamuis igitur anima non ex traduce naſcatur, ſed à Deo infundatur, quia tamen primo ſuæ exiſtentię momento futura eſt anima hominis naſcentis ex Adam, iuſtè ei negatur, vnde bona ſit, & ſine quo non niſi mala eſſe poteſt. Contrahitur ergo peccatum orig. quia à parentibus corpus accipitur, cui Deus, ne deſit propagationi naturę quam inſtituit, animam quidem adiungit, ſed expertem iuſtitiæ, idque propter primam hominis inſtitutionem. Porro ſciendum contrahi peccatum ab anima per carnem, non quatenus caro aut ſemen, ex quo fit caro, fœditatem habeat, qua anima inficiatur, ſed tantum quatenus homo, cuius ſubſtantiam anima conſtituit, non eſt filius Adę niſi mediante carne.---- Licet peccati orig. quod eſt in paruulo non ſit auctor paruulus ipſe, ſed primus homo, qui & feciſſe illud in ſua poſteritate dicendus eſt, eo ipſo quod Dei mandatum tranſgreſſus eſt: verè tamen & iuſtè ſingulis illud contrahentibus imputatur TANQVAM CONSENTIENTIBVS, non in actu ſed velut in habitu, propterea quod hoc peccato voluntas eorum deprauata ſit, atque à Deo auerſa, Deoque contraria.---- Propriè non facit Deus animam mundam, aut rectam, quæ nunquam munda aut recta fuit: neque facit immundam aut prauam, qui immunditiam aut prauitatem in ea non facit. Proinde dicendum, quod eam in ſingulis naſcentibus faciat, neque mundam neque immundam: item neque iuſtam, neque iniuſtam: iuſtitiam enim non habet anima dum naſcitur: iniuſtitiam quidem habet, ſed non ex Deo: itaque non talis à Deo creatur, qualis naſcitur: quia non quidquid in ortu ſuo accipit, habet à creatore.

In 2 diſt. 31 § 1.

Conformitas doctrinæ cū Syluio n. 71.

Quomodo ex parentibus contrahatur peccatum orig.

Quærit, an peccatum orig. rectè imputetur paruulo? in 2. d. 32. § 9.

An animæ naſcentiū tales ſint, quales à Deo creātur? *Ibid.* § 10.

ANTITHESES SYLVII.

74. Anima à Deo creatur bona quantum ad bonitatem naturæ, ſed quantum ad bonitatem moris. Deus nec facit eam bonam nec malam: quod enim ab inſtanti creationis mala ſit, eſt à carne inficiente. Melius tamen eſt ei ſic eſſe quàm non eſſe, etiam in altera vita; quia mitiſſima eſt pœna eorum, qui cum ſolo originali peccato hinc decedunt. ---- Peccatum originale eſt formaliter priuatio iuſtitiæ originali debitæ ineſſe, quâ voluntas ſubdebatur Deo. Macula verò, quâ dum naſcimur ſumus formaliter peccatores iniuſti, immundi, non eſt qualitas, vel res aliqua poſitiua: conſequens enim eſſet, Deum eſſe auctorem peccati in animâ paruuli; cùm corpus vitiatum non agat in animam, imprimendo ipſi morbidam qualitatem potentijs animæ ſuperadditam: Sed eſt DEFECTVS NITORIS & munditiæ, ſeu inordinata diſpoſitio ex remotione ornatûs debiti ineſſe ſecundum primam naturæ inſtitutionem: qui iuſtitię orig. ornatus ſi adeſſet eam inordinationem prohiberet, continentes omnes animæ partes in ſuo ordine. --- Habitualis auerſio à Deo, quam importat priuatio iuſtitiæ

In 1. 2. qu. 83. ar. 1. ergo egredientes animę paruulorum Deum nō blaſphemant, vt dęmones. Ibid q. 82. ar. 1. & 3. In theſi Propugn. 11. Iul. 1644.

iuſtitiæ orig. eſt ſicut formale peccati orig. inſtar materialis eſt concupiſcentia, quæ eſt conuerſio habitualis ad bonum commutabile, eaque inordinatæ; quæ etiam eſt in infantibus interpretatiua & virtualis; quia ſicut in Adam peccante peccarunt, ita in ipſo ſe ad creaturam conuertente, ipſi quoque ad eam ſe quodammodo conuerterunt: & hæc ipſa conuerſio morali quadam æſtimatione manet, quamdiu peccatum orig. perſeuerat. ---- Delyrium eſt fingere delictum illud, ſicut vitia parentum, cùm affectuum, tum corporum, ex natura rei in prolem transfundi. ---- Idipſum verò peccatum orig. non eſt actu & ſecundùm ſe magis in ſemine, quàm in ſputo & ſanguine; virtualiter & cauſaliter magis eſt in ſemine, quod vim habet inſtrumentalem traducendi naturam, eamque corruptam ab Adamo.

Peccatum orig ſecũdum ſuam formalẽ rationem eſt priuatio iuſtitiæ debitæ ineſſe &c. non eſt habitus concreatus in voluntate paruuli, vti relictus ab actu in voluntate Adæ: nec auerſio à Deo in ipſis eſt vitium poſitiuum diſtinctũ à voluntate, multò minus actus odij Dei. In 1. 2. q. 81. ar. 3.

CAPVT VIII.

DAMNATORVM ARTICVLORVM.

Concupiſcentiam eſſe ipſum formale peccatum originale, quod non condonêtur ante mortem, & manet in reprobis.

DAMNATVS ART. LXXI.

75. **CONCVPISCENTIA in renatis, relapſis in peccatum mortale, in quibus iam dominatur, peccatum eſt.**

Quaſi verò reuiuiſcat peccatum originis poſt relapſum, aut, citra conſenſum omnem, in habitum, ipſe habitus fiat actuale peccatum: certè ſi non eſt actuale nequit eſſe niſi originale. At concupiſcentia manet in renatis: ergo peccatum orig. manet in renatis: tantùm non imputabitur: ad hanc hæreſim vergit articulus.

ANTITHESES ESTII.

CONCVPISCENTIAM in renatis non eſſe proprij nominis peccatum, contra nouitium dogma, omnium ferè ſectariorum noſtri ſæculi plenius prob. ex Apoſt. ad Rom. 8. *Nihil eſt damnationis eis, qui ſunt in Chriſto Ieſu &c.* Nam per baptiſmum peccatum orig. ita remittitur, vt ea remiſſione homo verè mundus, ſanctus & iuſtus efficiatur. ---- Quia concupiſcentia ijs, qui per gratiam Chriſti renati ſunt, non dominatur, neque eos ad diuinæ legis præuaricationem pertrahit, fit vt in jis, ABLATO EIVS REATV, verè dici peccatum non poſſit. Cum enim ad agonem relicta ſit ex Trident. *ſeſſ. 5. can.* 5. Et Auguſt. *de peccat. meritis, c. vlt.* nocere non conſentientibus, ſed viriliter per Chriſti gratiam repugnantibus non valet, Aug. ibid. l. 2. c. 4. *Concupiſcentia cum paruulis naſcitur, in baptizatis à reatu ſoluitur, in gradibus ad agonem manet, ſibi ad illicita non conſentientibus* NIHIL OMNINO NOCITVRA: ibid. c. 24. affirmat; *hoc malum in renatis ſuperatum eſſe, ne regnet: peremptum ne viuat: niſi illicito conſenſu quodam modo reuiuiſcat, & in regnum proprium reuocetur.* Quare meritò errorem contrarium primum Leo X. in bulla artic. Lutheri, deinde Patres Trident. *cit.* anathemate damnarunt: ac definierunt per gratiam Baptiſmi reatum peccati orig. remitti, totumque illud tolli, quod veram & propriam peccati rationem habet. Aliter requiritur, vt peccatum in homine non dominetur, ſed menti eius vel actu, vel ſaltem habitu diſpliceat, ſitque in eo propoſitum melioris vitæ. Quamuis autem inter

In 2. d. 32. § 1. 3 4. Non culpam tantum, ſed reatum origin. ablatum aſſerit.

Nullus baptizatus damnatur, aut affligitur propter peccatum orig. cum reatus omnis condonatus ſit: at per noua peccata, non eadẽ numero pœna, ſed ſimillima reuiuiſcit.

 peccatum

peccatum actuale & orig. hæc ſit differentia, quòd actuale tranſeat actu, maneat reatu donec remittatur, originale verò dum remittitur, reatu tranſeat, remaneat actu: in hoc tamen conuenire ea certum eſt, quod ſicut actuale non dimittitur niſi deſinat eſſe, ita originale non remittatur niſi deſinat eſſe peccatum. Aufertur autem ab eo vera & propria ratio peccati, quando dominium concupiſcentiæ tollitur; vt iam voluntati non placeat, neque eam ad illicita deſideria pertrahat. Hæc eſt Aug. doctrina multis locis. Reatus ſolui non poteſt, niſi vel tempore vel natura prius tollatur peccati dominium, hoc verò ſolui poteſt, manente adhuc eius reatu, donec per Sacramentum vel aliter ſoluatur: & quidem in paruulis ſimul tempore hęc fiunt, in adultis ſucceſſiuè. Ita Auguſt. epiſt. 107. aſſerit, liberum arbitrium paruulorum per baptiſmum liberari à poteſtate tenebrarum: quod quamuis in infantili ętate non appareat eos conſentientem habere ſalutari doctrinæ, in qua nutriti fuerint, voluntatem.

Orig. remanet actu ſecundum materiale cõcupiſcentiæ, ſeu fomes peccati: complacentia voluntatis, eſt formalis ac vera ratio peccati, quæ poſſit reuiuiſceret hoc eſt, concupiſcentia remanet actu, tranſit reatu.

76. Etſi negandum non ſit peccatum orig. eſſe carentiam iuſtitię, ſeu rectitudinis, quæ vnicuique naſcenti ineſſe debeat: plenius tamen eius ratio exprimitur nomine concupiſcentię quàm priuationis: nam priuationis propriè non ſunt actus aliqui, quos tamen ſcriptura paſſim peccato orig. tribuit. Dicatur ergo eſſe vitium, quo homo concupiſcit ea quæ lege Dei prohibentur: quod vitium *caro* vocatur ab Apoſt. Nemo enim auertit ſe à bono quopiam, niſi ductus cupiditate alterius boni. Ita tam Angelus quàm homo, propriam excellentiam pluſquam oportuit appetendo, à Deo receſſerunt: & quia naſcimur curui & inclinati ad bona commutabilia, naſcimur auerſi à bono incommutabili, quod congenitum nobis vitium *concupiſcentiam* vocamus. Hanc Patres Trident. cit. docentes in renatis non eſſe peccatum, ſatis videntur ſignificare eſſe peccatum in non renatis: *nam ibid.* dicitur ſimiliter, quòd *in renatis nihil* Deus odit: ergo in non renatis aliquid odit ſcilicet ipſam quoque concupiſcentiam, quam ſcriptura pluribus locis, vt malam & vitioſam inſectatur: nam neque eſt appetitus in genere, vt rationalem ſimul & ſenſitiuum complectitur, neque ſenſitiuus appetitus, neque is qui peculiariter concupiſcibilis vocatur, neque omninò naturalis aliqua facultas, aut conditio humanæ naturæ: hæc enim & in Adam fuerunt, & à Chriſto vnà cum veritate naturæ humanæ aſſumpta ſunt. Sed eſt vitium naturæ, quod per peccatum in naturam ſubintrauit, eamque culpabiliter infecit. Verſatur autem circa omnia, quæ malè & inordinatè ab homine expeti poſſunt. *Manifeſta ſunt opera carnis &c. Ad Galat.* 5. eſtque vitium incitans ad omne genus peccatorum. Quàm latè ergo mandatum, *non concupiſces,* patet in prohibendo, tam latè concupiſcentia in appetendo. Vnde S. Tho. docet, omnes defectus virtutum reduci ad peccatum orig. *2.2.q.53.ar.1.ad* 2. Hanc generalem concup. ſignificationem adnotat Aug. *l.14. de ciuit. c.2.3.4. & l.15.c.7. & l.2. contra Iulia. c.* 8. *& l.4 c.14. & l.6.c.7.* dicit concupiſcentiam, quæ circa venerea vertatur, eſſe tantum partem eius, ad quam mortificandam fideles hortatur Apoſt.

In 2 d. 30. § 8. En formale peccati orig. carentia iuſtitiæ. Materiale peccati orig. ipſa concup. quam in non renatis odit Deus per modum vnius cum formali cauſa ipſius. Ibid § 9. Quid vitij n. 66. Nil poſitiui, nec eſt incertitudo, qualem relinquit peccatum perſonale proprium, non retractatum. Generalis acceptio concupiſcentiæ.

77. Quare concupiſcentia non eſt opus Dei, ſeu nobis inſita vt bonum naturale, quo vtiliter exerceremur ad virtutes, cum nec Deus operi ſuo, nec Deo opus ſuum contrarium ſit, niſi vitio aliunde contracto. Concupiſcentia autem ſollicitat ad peccatum, non tantum ſuggerendo, quod malum eſt, quomodo diabolus ad peccatum ſollicitare dicitur, nec per accidens & occa-

Ibid. § 10. & 11. Hæ probationes & ſcripturæ etiam ad concupiſcentiā

ſionaliter

ſionaliter tantum ſuſcitando mala deſideria in homine; quomodo vinum & forma mulieris ad libidinem, aurum conſpectum ad furtum ſollicitat, ſed per ſe ac ſuapte natura & proprio ſuo actu interius commouendo & perturbando: ac de ea merito quis erubeſcit: non ergo eſt opus Dei: nam *Tob. 12. opera Dei reuelare & confiteri honorificum eſt.* Hæc ad concupiſcentiam renatorum extenduntur, quæ, & mala, & odio habenda, & oppugnanda ex Trid. cit. ſeſſ. 5. can. 5. Neque his aduerſatur, quod *ibid.* dictum eſt à Patribus, *Deum in renatis nil odiſſe: quomodo,* inquit Aug. *l. 6. con. Iul. c. 4. perſequi iubet Deus corpus, ſi nihil ibi eſt, quod diſplicet Deo?* Rationem dicti ſubijciunt: *quia nihil eſt damnationis* in renatis, quantum eſt ex concupiſcentia: in ijs nil Deus odit, nil eſt quod faciat eos Deo exoſos & damnationis reos, *nil prorſus eos ab ingreſſu cęli remoratur.* ----Quamuis autem apud homines, qui ea ſola vident, quę foris apparent, præmium non habeat habitus bonus in mente bonus, neque ſupplicium accipiat habitus malus, ſed ſolę externę actiones; vel bonæ, vel malæ: apud Deum tamen, qui corda intuetur, ſicut actiones internæ; ita & habitus, qui ſunt velut continui quidam actus interni, retributionem accipiunt.

renatorũ odio habendam extenduntur.

Habitus boni vel mali, poſitiui vel negatiui apud Deũ retributionem inueniũt. In 2 d. 30. §. 7.

ANTITHESES SYLVII.

78. **P**Eccatum orig. ſecundum ſuam formalem rationem non eſt cõcupiſcẽtia: hęc enim SIVE HABITVALIS, ſiue actualis, modò ei nullus conſenſus voluntatis præbeatur, non eſt digna MORTE ÆTERNA. Poteſt aliquo modo peccatũ orig. materialiter dici concupiſcẽtia: quæ eſt ipſa inordinatio virium animæ, ſeu ipſæ vires cõſideratę prout inordinatè diſpoſitæ, & procliues vt ferãtur in ſuę obiecta abſque fræno rationis. Hoc eſt vitium naturæ, eam inſtar habitus afficiens, & inclinans ad omne genus peccatorum carnalium & ſpiritualium.---- At ex mente Aug. peccatum originis eſt formaliter priuatio iuſtitiæ orig. debitę ineſſe poſteris ab Adamo propagatis per ſeminalem generationem: conſequenter eſt priuatio reliquorum habituum ſupernat. aliquo modo voluntaria, ex peccato voluntatis Adæ, voluntates poſterorum in ſua continentis, deriuata moraliter. ---- Concupiſcentia vero peccati orig. pœna naturalis eſt, non qualitas morbida, ſed naturę vitium ſeu vulnus, materiale peccati ſeu effectus.----Hęc fręno diuinæ protectionis ac regiminis ſubtracto, ſolutior in obiecta ſenſuum delectabilia rapitur, & conſenſum voluntatis allicit, non prędeterminat, nec neceſſitat, multò minus cogit ad voluptatem rationi difformem; ſed minuit liberum, dum auget voluntarium. Intellectus ſibi ac ſuæ ignorantiæ relictus eſt, voluntas pariter inclinationi propriæ ad bona naturæ commenſa: neutra facultas dotibus naturæ exuta eſt, ſed gratię. Quod vltra naturę purę ſtatum eſt, *natura filij iræ ſumus,* ſeu ſub poteſtate dæmonis nati: indigni quoque liberalibus ijs auxilijs, quę naturę purę innocenti parata fuiſſent generalia. Hoc vulnus vtraque facultas accepit, & ſentit. - -- Optima reſp. eſt B. Thomam dicere, quod peccatũ orig. *remanet actu quantum ad fomitem, qui eſt inordinatio partium inferiorum animę & ipſius corporis; & peccati orig. vel materiale vel effectus: non manet cum carentia iuſtitiæ origin. ex qua eſt reatus pœnæ.* ---- In baptiſmo redditur id quod eſt præcipua pars iuſtitię orig. ſcil. gratia & charitas, quę reddebat animam Deo ſubiectam: in 1. 2. q. 81. ar. 3. & 82. ar 3.

In 1. 2. qu 82. ar. 3. in theſi propugn. 11. Iul. 1644. & 21. Feb. 1645.

Deſcriptio concupiſcentiæ eiuſque vulnerum ſeu vitiorum, quæ eſt deſtitutio auxiliorũ liberaliorum. n. 88. Falſum ergo eſt peccatum orig. per libidinem ſeu concu. vt veram cauſam transfuſionis, atque ita ex naturã rei propaga-

ri, vt podagra, aliaque parentum vitia Falſum; quod ſi Adam illam concup. per gratiam bene viuendo in hac vita tollere potuiſſet, nullum peccatum propagaturum fuiſſe: neque hoc docuit Aug.

DAMNATVS ART. LXIX.

79. OMnes omnino afflictiones iuſtorum ſunt vltiones peccatorum ipſorum; vnde Iob, & Martyres, quæ ſunt paſſi, propter ſua peccata ſunt paſſi *meritò*:

Scilicet *vt infrà*, ſunt vltiones peccati orig. inprimis; quaſi verò reatus hic redeat poſt baptiſmum, & propter ipſum Deus iuſtos deſerat, poſitiuè reprobet, & excludat regno cæleſti, quantumuis ipſum orig. condonauerit; propter ipſum aut etiam alia actualia affecerit martyrio Martyres omnes inter ipſos nemo plus ſit paſſus quàm malè meritus; nemo theſauros eccleſiæ ſuis ſatisfactionibus impleuerit, nullus innocens pati poſſit quippiam pro republ. pro ſalute proximi, pro æterna gloria, pro Deo, ſed tantùm pro peccatis ſuis. Falſum eſt, reprobationis nullam cauſam eſse niſi peccatum orig. & qui non prædeſtinati, poſitiuè reprobatos eſse, fixà Dei voluntate relinquendi eos in eo ſtatu, ex quo cæteros liberare ſtatuebat; qui damnationis ſtatus erat.

Ante mortem temporalem vel æternam non poſſe ſatisfieri peccato orig.

ANTITHESES ESTII.

QVOD in baptiſmo conferatur tam peccati originalis, quàm cæterorum plena remiſſio, conſtans eſt & certa Patrum omnium doctrina.---Quidam reprobationis cauſam quærentes, dixerunt, omnes homines qui pereũt, reprobari atque damnari propter peccatum orig. Ponunt enim Deum ex maſſa damnata ſtatuiſſe quoſdam miſericorditer liberare, alios verò in ea ~~miſericorditer~~ iuſtè derelinquere, qui proinde omnes, propter peccatum orig. quo tota maſſa vitiata ſit, reprobentur atque damnentur, Deo videlicet iuſtæ damnationis debitum pro illo peccato exigente. Hanc opinionem ex peruerſo intellectu dictorum Auguſtini conceptam, falſam & erroneam eſſe conſtat. Docet enim fides Catholica iuxta doctrinam veterum Patrum ac Conc. Trident. *ſeſſ.* 5. *can.* 5. remitti in baptiſmo reatum peccati orig. dicente Apoſt. *nihil eſſe damnationis ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu*. Non ergo reprobi, quibus peccatum orig. dimiſſum fuerit, propter illud ipſum damnantur. Nec dici poteſt Deum ab ęterno habuiſſe propoſitum priuandi aliquem vitâ æternâ, aut damnandi morte æterna propter peccatum origin. in tempore ei dimittendum, tanquam ob demeritum, cui illâ pœna retribuatur, niſi quis dicat, propter relapſum in peccatum, reuocari à Deo remiſſionem peccati orig. ſemel factam; cùm tamen non dicat Aug. reprobos, qui ad tempus iuſti ſunt, recidere in maſſam vitiatam peccato orig. quando iuſtitiam deſerunt. Fatendum ergo ſecundum fidem Catholicam quoſdam reproborum damnari propter ſolum actuale peccatum, VT ADVLTOS RELAPSOS, qui ab originali mundati in acceptâ iuſtitiâ non perſeuerat. Ita Proſper reſp. 2. ad cap. Gall. pro Aug. reſpondet: *Qui recedit à Chriſto, & alienus à gratia finit hanc vitam, quidni in damnationẽ cadit? Sed non in id quod remiſſum eſt, recidit, nec in originali peccato damnabitur* &c. Indicans quomodo dixerit Aug. *l. de corrept. c.* 7. *iuſtos non perſeuerantes non eſſe diſcretos à maſſa perditionis*, ſcilicet non ita diſcretos, vt non ſint perituri, quomodo ab ea diſcreti ſunt prædeſtinati, licet ad modicum tempus ab ea ſeparentur, mox in eam relapſuri, non infectione peccati orig. ſed iniquitate actuali. Dicit *ibid.* omnes ex vno peccato orig. ire in damnationem, quia in illo vno damnationis omnium eſt quædam origo, quamuis in multis remiſſum ſit & reatu tranſierit: manet enim concupiſcentia peccatorum fomes, quę poſtea per conſenſum trahit hominem in damnationem.

In 2. d. 31. §. 1. In 1. d. 40. §. 12. Non omnes reprobos damnari propter peccatum orig. n. 81. Nec potuiſſet prævidiſse ab æterno maſsam inficiendam, ſed ab euentu in tempore, dum peccabat Adam, nullo decreto Dei aut præordinatione, vt c. 4. Hæc doctrina ab omnibus DD refutatur ad d. 22. l. 4. ibi. Quod Deus iuſtum deſerat aut deſtituat auxilijs ſufficientibus ad perſeuerandum, idque propter peccatum origin. condonatum, eſt dicere Deum fictè condonaſse pœnam, imò condonando culpam, meditatum eſse maiorem pœnam, quæ eſt deſeri à Deo, antequam Deus deſeratur.

80. Ad

80. Ad pœnam temporalem pertinet mors corporis, aliæque mortalitatis ærumnæ. Iuxta ſcripturę auctoritatem & Patrum definitiones certò ſtatuendum eſt, paruulos in ſolo orig. decedentes non ingreſſuros regnum cælorum, nec vnquam à pœna huius peccati liberandos: hinc manifeſtè ſequitur, pœnam peccato orig. debitam eſſe carentiam viſionis diuinæ, & abiectionem à facie Dei, quæ grauis pœna eſt.----Quia iuſtitiæ carentia non neceſſariò peccatum ſeu iniuſtitiam conſequitur (poſſet enim Deus animam creare neque iuſtam neque iniuſtam) videtur agnoſcendum aliquid in ſemine parentis vel carne naſcentis, ex quo anima infuſa corruptionem contrahat. *ibid. diſt.* 35. §. 1.

In 2. d. 33. § 6. De pœna peccati orig. quid certò tenendum ſit? Fœditatem carnis non dilui baptiſmo, ait d. 31. § 7. proinde inter pœnas peccati ipſam cenſet, ex defectu protectionis Dei.

ANTITHESES SYLVII.

81. DOCTRINA fide certa eſt, mortem & alios corporales defectus, vt morbos, dolores & alia huiuſmodi eſſe effectus peccati orig. non per ſe quaſi peccatum eos cauſauerit EX VIRTVTE SVÆ NATVRÆ vel formæ, ſed per accidens: quia ita ſecuti ſunt ex ſubtractione iuſtitiæ originalis, quæ illos defectus prohibebat, & per peccatum primi parentis ſublata eſt: ſicut motus lapidis ex remotione eius, quod prohibebat lapidem moueri. Principalis pœna, quæ propter peccatum orig. fuit taxata, in omnibus eſt æqualis ſcilicet ſubtractio diuini beneficij, quo rectitudo & integritas humanę vitæ conſeruabatur, imò & quâdam ratione ęqualiter omnes ſunt ſubiecti neceſſitati mortis. Quamuis autem gladius, quo vulnus aliquod fuit inflictum, frangatur, non idcirco vulnus eſt ſanatum: ſic peccatum origin. eſt cauſa ſuorum effectuum in fieri, NON IN CONSERVARI.----Sancti non pauci plura mala perpeſſi ſunt, quàm eorum peccata propria mererentur, atque adeò ſuperabundarunt ſatisfactionibus &c. n. 175. *Nouimus* Iobum, non *propter peccata, ſed propter eius demonſtrandam iuſtitiam omnia fuiſſe perpeſſum;* vt Aug. *l. 2. de pecc. mer. c. 12.*

In 1. 2. qu. 85. ar. 5.

Mors & cæteræ afflictiones in iuſto nō conſeruātur vt pœna peccati, ſed vt materia exercendæ virtutis. Aliter nullus eſt theſaurus indulgentiarum in Eccleſia. *in ſupplem.* q. 25 *ar.* 1.

DAMNATVS ART. LXX.

82. NEMO præter Chriſtum eſt abſque peccato originali. B. Virgo mortua eſt propter peccatum ex Adamo contractum: Omneſque eius afflictiones in hac vita, ſicut & aliorum iuſtorum fuerunt vltiones peccati actualis vel originalis.

Quaſi vero B. Virgo ſtans iuxta crucem nil plus ſit paſſa quàm malè merita: nec ante mortem ſatiſfecerit pro peccato orig. nec extinctus in ea fuerit fomes. Appellandæ huc grauiſſimæ Pauli V. & Greg XV. in contrarium conſtitutiones pro immaculatâ Conceptione, & Conc. Trid. *ſeſſ* 5. fine; & *ſeſſ* 6. *can.* 23. *vbi, B. Virginem ex ſpeciali Dei priuilegio vitaſſe omnia venialia tota vita, tenet eccleſia,* inquit. At quomodo vitare potuit, ſi fomitem peccati nacta eſt? Quis catholicus credat Deiparam cum aliquo reatu peccati orig. ad mortem neque incluſiuè fuiſſe?

Hæc propoſitio cū *ſuperiore* pro omnibus partibus eſt hæretica & B. Mariæ Virgini, ac ſanctis iniurioſa, *ſecundum cenſuram Pariſi.* 16. anni 1560. 27 Iul.

ANTITHESES ESTII.

EGO puto, quod copioſior benedictio ſanctificationis in Virginem deſcenderit, quæ ipſius non ſolùm ſanctificaret ortum, ſed & vitam ab omni peccato deinceps cuſtodiret immunem: nec videretur ſatis certa ratio, quare eccleſia tota illam extolleret ſupra omnes Angelorum & iuſtorum hominum ordines, niſi in ea ſingulare ſanctitatis priuilegium PRÆ OMNIBVS agnoſceret.---- S. Thom. *in* 1. *diſt.* 44. *ar.* 3. *ad* 3. reſpondet, poſſe inueniri creatum

In 3. d. 3. §. 4 ante conſtitutionem Pauli 5.

Digitized by Google

tum aliquid, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis, ſi nullâ contagione peccati inquinatum ſit; & talem fuiſſe dicit puritatem B. Virginis, quæ à peccato originali & actuali immunis fuit, quando facta eſt Mater Dei: quia ſcilicet fomes, qui eſt materiale in peccato orig. tunc in ea fuit extinctus, & per conſequens, nec ad actualia peccata ſenſit inclinationem. Ita non ſolet S. Thomas eſſe author nouarum opinionum, ſed libenter ſequi quantum licet, communem doctrinam, propter quod & à quibuſdam Doctor communis vocatur.---- Vbi *ad Rom.* 8. dicitur, ***Nihil eſſe damnationis ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant;*** *propterea* quod lex ſpiritus *vitæ* liberauerit eos à lege PECCATI ET MORTIS; Patres Trident. cit. per damnationem intelligunt metonymicè peccatum damnatione ſeu pœna dignum.

Hæc erat id temporis doctrina communis: quæ per conſtitutiones Pōtificum perfectior euaſit in dies.

In 2. d. 32. §. 3.

ANTITHESES SYLVII.

In 1. 2. q. 81. ar. 3.

83. CHRISTVS non tantùm fuit immunis à peccato origin. ſed etiam ab omni neceſſitate illud contrahendi, cum neque in Adam peccauerit, neque in eo ſecundum ſeminalem rationem, ſed tantùm ſecundum corpulentam ſubſtantiam contentus fuerit. Ac per conſequens nec ab eo ſeminaliter deſcenderit. At B. Virgo propter oppoſitas rationes obnoxia fuit neceſſitati contrahendi peccatum orig. eò quod & in Adam peccauerit, & in eo ſecundum ſeminalem rationem fuerit, ab eoque ſic deſcenderit, vt ex vi ſuæ conceptionis habuerit debitum illud peccatum contrahendi. Vnde quamuis dicatur fuiſſe præſeruata, indiguit tamen gratiâ Saluatoris ac Redemptoris, vt ſingulari priuilegio præſeruaretur ab eo, cuius contrahendi neceſſitatem habebat.----Peccatum orig. ex peccato voluntatis Adæ, poſterorum voluntates in ſua continentis, deriuatum eſt moraliter, non in Euam, nulla ratione in Chriſtum: cumque communior Eccleſiæ ſenſus à Capitis mortali noxa Dei ac viuentium Matrem eximat, quæ ſerpentis caput contriuit, ad idem ſentiendum piæ affectioni cedimus, ac rationi, quæ perſuadet, ipſam veriſſimè à Chriſto redemptam: à lege autem ſeu debito incurrendi hanc labem, qui immunem Adæ filiam fingit, viderit ne Chriſto ſit iniurius.----Reatus autem eſt ſtatus eius, qui reuera tenetur luere pœnam, eo quòd peccatum reipſa commiſerit, ſeu debitum pœnę propter admiſſum luendæ: vnde differt tum à peccato, tum à pœna peccati; velut medium inter illa, peccato poſterius, pœna prius: *in* 1. 2. *qu.* 87. *ar.* 1.

Theſi propugn. 15. Iul. 1644. & 22. Feb. 1645. Deipara à peccato orig eiuſque reatu omni immunis.

CAPVT IX.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Voluntatem etiam nolentem ac omnino inuitam peccare.

DAMNATVS ART. LXXII.

84. MOTVS praui concupiſcentiæ ſunt pro ſtatu hominis vitiati prohibiti præcepto, *non concupiſces*; vnde homo, eos ſentiens & non conſentiens tranſgreditur præceptum, *non concupiſces*;

Digitized by Google

ces ; quamuis tranſgreſſio in peccatum non deputetur.

ANTITHESES ESTII.

CONTRA nouitium hoc dogma omnium ferè ſectariorum huius ſæculi. In 2 d. 32. § 3. & § 12. -- Dicendum, inquit S. Tho. quòd concupiſcentia carnis contra ſpiritum, quando ratio ei actualiter reſiſtit, non eſt peccatum, ſed materia exercendę virtutis: Nec peccaſſe dicendi ſunt Benedictus & Franciſcus, quando carnis pruriginem paſſi, alter niui, alter vepribus ſe inuoluit, donec tentatio ceſſaret.---- Ex Patrum ſententijs oſtenditur, neque concupiſcentiam renatorum habitualem, neque motus eius inuoluntarios eſſe peccata, hoc eſt, neque actuales eius motiones, quamdiù voluntas eis nullo modo conſentit, merito IN PECCATVM IMPVTARI: ex Aug. *l. 2. de peccat. merit. c.* 4. concupiſcentia in baptizatis, *à reatu ſoluitur, in grandibus ad agonem manet, non ſibi ad illicita conſentientibus* NIHIL OMNINO NOCITVRA: Et l. 2. de Gen. cont. Manich. c.14. *aliquando ratio etiam viriliter etiam commotam concupiſcentiam refrenat: quod cum fit, non labimur in peccatum; ſed cum aliquanta luctatione coronamur* &c. Nec tantum vult Aug. concupiſcentiam in renatis vel motus eius inuoluntarios propterea non eſſe peccata, quia Deus ea ad peccatum non imputat; quaſi non ſecundum veritatem ſit iudicium & æſtimatio Dei, vt quod verè peccatum eſt, in eius reputatione peccatum non ſit, ſed quia in ijs reuera iam non reperitur ratio peccati. Vnde quamuis aliquando dicat renatis concupiſcentiam ad peccatum non imputari, vt *l. 2. de nupt. c.* 24. alibi tamen abſolutè negat peccatum eſſe n.75. Huc pertinent & Aug. loca, quibus docet, parentes iuſtos transfundere peccatum quod non habent.

Diſt 32. § 4. Loca Aug. innumera ib lege.

Quâ phraſi etiam ſcriptura vtitur Pſ. 31 & ad Rom. 4.

ANTITHESES SYLVII.

BENE Facultas Theologica Louanienſis in explicatione doctrinæ concernentis articulos à Pio V. & Gregor. XIII. damnatos ita dicit: *Statuendum eſt motus concupiſcentiæ prauos pro viciati hominis ſtatu, prohibitos non eſſe præcepto,* NON CONCVPISCES, hominemque eos ſentientem, & non conſentientem, *legis prædictæ pronuntiari non debere tranſgreſſorem.* In 1.2. q. 109. ar. 4. Theſi.

DAMNATVS ARTICVLVS LXXIII.

85. QVamdiu aliquid carnalis concupiſcentiæ in diligente eſt, non facit præceptum, DILIGES DOMINVM DEVM TVVM EX TOTO CORDE.

ANTITHESES ESTII.

TOTO CORDE fieri dicitur, in quo quis pręcipuum ſtudium & cogitationem ponit, quomodo dicimus, aliquem eſſe totum in literis: hoc modo totalitas incluſa eſt præcepto dilectionis, vt patet ex innumeris ſcripturæ locis, quibus aliqui Deum quęſiuiſſe, & bona quædam feciſſe EX TOTO CORDE dicũtur. Diligitur ergò Deus EX TOTO CORDE &c. quando in amore nihil ei pręfertur, ſed ipſe ſuper omnia diligitur; etſi neque adhuc prauis concupiſcentię motibus, neque etiam quotidianis, leuibus ac venialibus delictis careamus. In 2.d. 28 § 8.

ANTITHESES SYLVII.

BENE Facultas Theol. Louan. poſteà: *Impediunt quidem hi motus* concupiſcentiæ praui *ne omni modo* EX TOTO CORDE *diligatur Deus*, non tamen efficiunt, vt ea quæ de diligendo lex eſt, non veraciter *impleatur. Charitas enim quam ſetum conſiſtere patitur quantumuis* violenta carnis rebellio, idcirco legis plenitudo dicta eſt, quòd per eam diuina lex impleatur. Vnde perſpicitur, nec id ferendum eſſe, quod ſic expreſſum eſt (*in articulo 73. inter eos, qui à præfatis Pontificibus fuerunt damnati*) QVAMDIV ALIQVID CARNALIS CONCVP. &c. Quocirca concupiſcentiæ motus, quibus ratio non conſentit, nec ſunt prohibiti, nec legis inobedientia: & ignorantia quę antecedens eſt ſeu inuincibilis à peccato excuſat.

Cit & theſi propugn. 11. Iul. 1644.

DAMNATVS ART. XLVIII. & XLIX.

94. PRAVA deſideria, quæ homo inuitus patitur, & quibus ratio non conſentit, ſunt prohibiti pręcepto, *non concupiſces.* Concupiſcentia ſiue lex membrorum, & praua eius deſideria, quę inuiti ſentiunt homines ſunt vera legis inobedientia.

Verã legis inobedientiam non deputari in peccatum: contradictio eſt manifeſta: vti & hæc, *peccare inuitum.*

ANTITHESES ESTII.

CONCVPISCENTIA, non quia ineſt, peccatum eſt, ſed *cum conceperit, parit peccatum: Iaco.* epiſt. c. 1. Vnde Beda hîc & Aug. l. 1. de ciui. c. 16. etiam à concupiſcentia commotam delectationem à peccato vindicant, quamdiu animus caſtus ei reluctatur. Et proſper l. 3. de vita contempl. c. 1. *non concupiſcentiam,* inquit, *in nobis ſentiendo, ſed ei conſentiendo peccamus.* --- Non enim propria ratio peccati completur abſque voluntario, neque vlla iuſtitia patitur puniri in homine vitium, quod non ſit ei aliquo modo voluntarium Patet id ex lege diuina. Deut. 22. 28. & 30. vbi homicidium inuolũtarium, & ſtuprum, quod Virgo inuita patitur, prorſus à punitione legis eximitur. Item: Id quod minus eſt voluntarium, minus eſt peccatum, *Luc. 12. ſeruus neſciens voluntatem Domini & faciens. digna plagis vapulabit paucis.* Et Iaco. 4. *Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi*: quia ſicut ſcientia auget, ita ignorantia minuit voluntarij, ac per conſequens, peccati rationem. Quare vbi prorſus deeſt voluntarium, deſinet ratio peccati. Denique actus quantumcunque bonus ſecundum ſe, ſi non ſit voluntarius, ſed FIAT AB INVITO vel ignorante, nullam laudem meretur: quia vt de auaro *Eccli.* c. 14. *etſi bene fecerit, ignoranter & non volens fecit*: nec vſurarij, aut fornicarij, propter ſanctas cogitationes aut inſpirationes laudandi ſunt, quamdiu eas conſentiente voluntate non ſuſcipiunt, ex *Aug. q. 1. ad Sympl. & S. Thom. 1. 2. qu. 21. art. 2.* ergo nec reprehenſionem aut pœnam merentur, qui concupiſcentiam & prauas eius commotiones ſentiunt inuiti. At peccatum omne pœna & reprehenſione dignum eſt.

In 2. d. 32. §. 6.

Ibid. § 5. Rationem petit ex peccati definitione.

Vbi prorſus deeſt voluntarium, deſinit ratio peccati.

87. Malum diuiditur in malum pœnæ, quod Deum habet authorem, & malum culpæ, quod Deum non habet authorem: & mixtum quodammodo ex vtroque malo, quale eſt concupiſcentia poſt baptiſmum: quatenus enim repugnat legi mentis & mala deſideria in homine operatur, *Ad Rom. 7.* Participat

Quærit, in quo malorum genere concupiſcentia renatorum collocanda ſit? Reſpõdet in 2. d. 32. §. 8.

ticipat aliquò vſque cum malo culpę, & à Deo non eſt: quatenus vero per eam primi hominis peccatum iuſte vindicatum eſt, ipſiſque renatis tædium & moleſtiam adfert boni operis, à Deo eſt vt iuſto iudice, & participat cum malo pœnæ. Quamquam IN RENATIS SIMPLICITER POENA VOCANDA EST, quia tota ratio pœnæ in ea inuenitur, quod eſt malum inuoluntarium: non ſimpliciter culpa, quia non eſt voluntarium, ſine quo ratio culpæ non conſiſtit. ---- Neque verò concupiſcentia in renatis hoc ſenſu ab Apoſt. dicta eſt *repugnare legi mentis*, aut legi Dei, aut contra ſpiritum concupiſcere, quaſi vel ipſa, vel eius deſideria, quibus ratio non conſentit, prohibita ſint pręcepto, *non concupiſces*, aut quod ſint vera legis inobedientia, SICVT QVIDAM MALE INTELLEXERVNT: non enim dantur præcepta niſi voluntati.--- Concupiſcentia autem mota, cum ſit aliquid hominis, impoſſibile eſt hominem non moueri, ETSI ILLE MOTVS SINE CONSENSV PECCATVM ESSE NON POSSIT.

Concupiſcentiæ motiones inuoluntariæ ſunt pœna, non culpa. Ibid § 6. & d 30 §. 10. Scilicet aſſertores horum artic.

ANTITHESES SYLVII.

88. IN ſenſualitate nullum omnino poteſt eſſe peccatum independenter à voluntate (etſi partem affirmantem tueantur noſtri Sectarij) quia motus qui ſunt veri nominis peccata, debent eſſe actus humani: at non ſunt humani, qui non habent dependentiam ab humana voluntate, neque vt operante, neque vt permittente, neque vt negligente vel diſſimulante. Ideo praui motus concupiſcentiæ vel ſenſualitatis, qui omnem rationis aduertentiam pręueniunt, VEL QVOS INVITI PATIMVR, non ſunt peccata, neque venialia: non enim exeunt de libera hominis voluntate. Concupiſcentia verò habitualis, ſeu fomes peccati, qui manet in renatis, non eſt veri nominis peccatum, quamdiu nullum ipſi vel ipſius motui prębent aſſenſum: & ſi quis contrarium ſenſerit, anathemate feritur per Trident. ſeſſ. 5. can. 5. Si illi qui regenerati non ſunt reſiſterent concupiſcentię vel eius motibus ad illicita tendentibus, eatenus non eſſent eis peccata defectu voluntarij.--- Reſpondet S. Thom. irrationabiliter dici, quod primi motus ſenſualitatis, quibus infideles non conſentiunt, ſint peccata mortalia: quia eadem eſt natura infidelium ac fidelium. Nullum vero poteſt eſſe peccatum niſi ſit voluntarium. At motus illi nō ſunt voluntarij: ergo ne quidem ſunt venialia, ſi neque imperfectè ijs conſentiant: eo enim modo de infidelibus ſentiendū eſt quoad peccata actualia, ſicut de fidelibus. Neque refert, quod in infidelibus iſti motus ſint coniuncti cum peccato orig. nam inde ſequitur, quod ſint coniuncti cum aliquo damnabili, non quod ipſi ſint damnabiles, ſi nullus eis conſenſus prębeatur. Apoſtolus vero ad Rom. 8. ſcribens nihil eſſe damnationis ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, ſiue qui concupiſcentiæ non conſentiunt, aſſignat cauſam, quare non ſint cum ſua radice damnabili, id eſt, cum concupiſcētiæ reatu; quia ſcilicet ille reatus per baptiſmum ſublatus eſt *in ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu*. Dicit enim quòd NIHIL OMNINO damnationis in eis ſit; ſicut in infidelibus damnabile ipſum peccatum orig. cui tales motus coniunguntur: etſi illi motus non ſint damnatiōne digni, quando ſunt inuoluntarij.

In 1.2 qu. 73. ar. 4. Vt n. 78. Ibid. q. 89. ar. 5. Ignorātia, quę eſt neceſſitatis, ſeu inuincibilis, caret peccato ex verā fide, non Pelagiij. Nu. 79.

Digitized by Google

DAMNATVS ART. L.

89. OMNE ſcelus eſt eius conditionis, vt ſuum auctorem & poſteros omnes eo modo inficere poſſit, quo infecit prima tranſgreſſio.

Hoc eſt, peccatum quodlibet corrumpit naturam ac potentiam, materialem ac ſpiritualem, à quà oritur, imo ipſam deſtruit in ſeipsâ & in animabus poſterorum creandis, quaſi à malis parentibus boni filij oriri non poſſint, vti à malè ſanis gignantur ſani.

ANTITHESES ESTII.

PEccatum non eſt eius naturæ, vt tollat principium aut donum aliquod naturale, ſed tantùm vt per illud amittatur donum gratiæ ſupernaturalis & acquiratur propenſio quædam ad ſimilia peccata, ſimulque minuatur inclinatio ad virtutem illi peccato contrariam, vt patet in peccatis, quę poſt lapſum Adę committuntur.---Solum peccatum Adę eſt commune, in quo omnes peccauerunt, cętera omnia peccata ſunt cuique propria.

In 2.d.25. § 1.

Et d. 39. § 1.

ANTITHESES SYLVII.

SOlum primum primi parentis peccatum tranſit in poſteros per originem, ex B. Tho. hîc. Trident. ſeſſ. 5. docet, peccatum origin. eſſe vnicum origine. Pius V. damnat art. *Omne ſcelus* &c. Ratio: ea quæ ſunt purè perſonalia non traducuntur in poſteros: quia generans generat ſibi ſimile ſecundum ſpeciem, non ſecundum indiuiduum: ſed omnia peccata proximorum parentum, ac etiam primi parentis præter primum ſunt purè perſonalia. Nam ſolum id peccatum pertinet ad naturam, per quod tollitur id quod ad naturã pertinet v. g. bonum iuſtitiæ orig. Reliqua peccatã non auferunt aliquid ad totam naturam pertinens, licet corrumpant naturam quantum ad id quod eſt perſonę, id eſt ſecũdum pronitatem ad actum.--- Peccata noſtra actualia non ſic tranſmutant naturam corporis, vt ex immortali reddant illud mortale & varijs defectibus obnoxium, ſicut peccatum origin. etiamſi ſint eo grauiora: quia non ſubtrahunt iuſtitiam orig. quæ contra tales defectus erat data, ſed ſolum gratiam, quę ad actus animæ rectificandos ordinatur.

In 1.2. qu. 81. ar. 2. & 85. ar. 5.

DAMNATVS ART. LXV.

90. INFIDELITAS purè negatiua in ijs, in quibus Chriſtus non eſt prędicatus, peccatum eſt.

Quaſi verò inuincibilis ignorantia iuris diuini aut naturalis, vti & poſitiui, quam quis minimè vult, imo omninò vult expellere, ſi poſſet, non excuſet à peccato delinquentem.

In 2. d.22. § 9.

ANTITHESES ESTII.

SCire oportet, ſicut ad rationem peccati requiritur, vt ſit voluntarium: ita nullam ignorantiam, niſi aliquo modo voluntaria ſit, peccatum eſſe. Veriſſimè enim ab Aug. dictum eſt lib. 3. de lib. arb. c. 19. & l. de duab. anim. c. 12. *Non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus ignoras; ſed quod negligis quærere quod ignoras:* & de lib. arb. ibid. c. 20. *Negligentibus, & peccata ſua de infirmitate excuſantibus, non ipſam ignorantiam, difficultatemque pro crimine obijceret, ſed quia in eis potius permanere voluerunt, iuſto ſupplicio vindicauit:* Et c. 22. dicit merito deputari in reatum quod ſcire non ſtuduit, & quod dignam facultati comparandæ ad rectè faciendum operam non dedit.--- Ius naturale obligat omnem hominem, QVATENVS RATIONIS VSVM PARTICIPAT; ABSQVE

Ignorantia & obliuio, ſi voluntaria non eſt, culpa non eſt.

Hæc eſt, quatenus rationis vſu cognoſcitur.

ABSQVE ALIA VLTERIORI OBLIGATIONE, ſiue externa acceſſerit inſtructio, ſiue non. Ignorantia vero poſitiuæ legis etiam diuinæ non eſt peccatum in iis, in quibus non eſt promulgata. Quocirca ea infidelitas, quâ in Chriſtum non credunt, *quibus nihil annuntiatum eſt de eo*, non eſt peccatum. Ioan. 15. *Si non veniſſem, & locutus eu non fuiſſem, peccatum non haberent*: ſcilicet infidelitatis, quâ in me non credunt: hoc eſt, non credere in me non eſſet eis peccatum. Vnde Aug. eum locum exponens *tract.* 89. *in Ioan.* teſtatur eos, ad quos Euangelij prædicatio non peruenit, excuſari à peccato, quod in Chriſtum non crediderint; damnandos autem propter alia peccata, quorum excuſationem non habent, vtpotè in legem naturæ commiſſa: ſimilia *lib.* 3. con. *duas epiſt. Pelag. c.*3.

Ioan. 9. *Si caci eſſetis, non haberetis peccatum.*

ANTITHESES SYLVII.

91. INFIDELITAS merè negatiua non eſt peccatum, ſed pœna peccati: *Ioan.* 15. *cit.* aperta eſt Aug. ſententia *tract.* 89. *&* 91. *in Ioan.* & *qu.*52. *in Deuter.* dicentis, *quòd ſi Chriſtus neque veniſſet, neque loquutus fuiſſet Iudæis, ipſi non haberent peccatum illud, quo non crediderunt in eum.* Et epiſt. 105. *ipſa* inquit, *ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, ſine dubitatione peccatum eſt: in eis autem, qui non potuerunt, pœna peccati.* Confir. ad Rom. 10. cum Apoſt. quærit, *quomodo credent ei, quem non audierunt*? perinde eſt ac ſi diceret, eos non poſſe credere: nullus autem peccat omittendo id, quod non poteſt facere. Hinc eſt quod inter articulos à Pio V. damnatos ille 65. etiam damnatus eſt: *Infidelitas purè negatiua* &c. Deus non ſumit vindictam de infidelitate purè negatiua; ſed de gentibus, quia peccauerunt, Deum ex effectibus non agnoſcendo, & alia contra legem committendo: taliter ignorare Deum, non ſolum in eis eſt pœna peccati, ſed etiam peccatum, quia notitia Dei eſt legis naturæ, à qua nemo ratione vtens excuſatur, *Sap.*13. Sic infidelis, qui nihil audiuit de lege Chriſti, ſi adulterium, furtum, homicidium committat, vapulabit, non propter legem Chriſti ignoratam, ſed quia fecit digna plagis, tranſgrediendo legem naturæ, per quam ſciebat eſſe contra voluntatem Domini ſui, illa quæ faciebat; minus tamen punietur quàm alter, qui per vtramque legem ſciebat eſſe vetitum quod fecit. *Illa,* inquit Auguſt. de grat. & lib. arb. c.3. *Ignorantia eorum, qui ſcire nolunt, ſed eorum, qui tantum ſimpliciter neſciunt, neminem ſic excuſat, vt ſempiterno igne non ardeat,* quia licet ipſa peccatum non ſit, eſt tamen cum peccatis contra legem naturæ commiſſis, quę ſempiternum ignem merentur: *Si propterea non credidit, quia non audiuit omninò quod crederet; ſed fortaſſis vt mitius ardeat. Dices:* Infidelitas etiam negatiua opponitur virtuti: ergo eſt peccatum. Reſp. vt id peccatum ſit, debet eſſe voluntarium: vnde praui motus concupiſcentiæ peccata non ſunt, niſi ratio voluntarij accedat. Carentia iuſtitiæ orig. eſt voluntaria paruulo, quatenus illam acceperat Adã cum particulari mandato conſeruandi ipſam pro ſe ac poſteris, qui proinde cum ipſo peccante peccarunt; non ſic accepit fidem, vt voluntas Adæ fidem amittentis, ipſorum eſſet futura. ---- A peccato infidelitatis excuſantur ij qui de nihil audiuerunt &c. in 1. 2. q. 111. ar. 3. qu. 5.

In 2.2. qu. 10. ar. 1. Catholicæ ac Pontificũ ſcholæ vno cõſenſu inuincibilẽ ignorantiã mereri excuſationẽ ſtatuunt: *Luthero teſte c.*12. *Gen.*

Peccata contra legem naturæ mitius puniri in infidelibus.

Vt id quod virtuti opponitur ſit peccatum, debet eſſe voluntarium.

 CAPVT X.

Digitized by Google

CAPVT X.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Liberum arbitrium peccato Adæ natiuam indifferentiam ac poſſibilitatem actus honeſti naturalis amiſiſſe.

DAMNATVS ART. XXXVII.

92. CVM Pelagio ſentit, qui boni aliquid naturalis, hoc eſt, quod ex naturæ ſolis viribus ortum ducit, agnoſcit.

Quaſi verò ita eſſent libertas arbitrij ad faciendum bonum, vt ſine gratia ſupernaturali quoad rem (*quoad congruum modum*, aliqui Catholici audent aſſerere) nec vnam legem moralis honeſtatis, nec vnum opus eius poſſit implere, nec ipſam honeſtatem imperfectè amare: & hæc ſit clauis doctrinæ S. Aug.

Imò Catholica doctrina eſt, non eſſe determinatum ad malum, liberũ arb. hominis pariter ac diaboli.

ANTITHESES ESTII.

DICIMVS, quemadmodum non ita tenebris ignorantiæ extinctum eſt lumen mentis humanæ, quin de multis rebus ſanè rectèque iudicet: ita non ſic vitiorum labe fœdatam eſſe mentem humanam, vt omnis ſcintilla boni extincta ſit.---- Remanſit in natura generalis inclinatio ad virtutem; cumque peccatum ſit contrarium virtuti, ex eo quòd homo peccat, diminuitur hoc bonum naturæ. ---- Et maior difficultas bene agendi accreſcit, & concupiſcentia magis exardeſcit. At peccata non poſſunt efficere, vt pereat hominis natura, quà homo eſt. Fundatur enim illa inclinatio in natura rationali, velut in radice & tendit in bonum virtutis, velut in finem. ---- Homo peccator dicitur naturaliter velle bonum propter inclinationem ſeu impulſus quoſdam voluntatis ad bonum, qui ſequuntur generalem boni cognitionem, homini naturaliter inſitam, atque in eo relictam poſt peccatum quæ ex ſe nata eſt aliquo vſque mouere voluntatem, & impellere ad illud bonum, quod ita cognoſcitur v.g honeſtum eſſe amplectendum; & quædam magis particularia, vt Deum colendum, parentibus obediendum, benefactores diligendos &c. --- Ita Sap. 8. *Sortitus ſum animam bonam* bonitate indolis, quæ eſt diſpoſitio & propenſio ad multarum virtutum officia.

In 2.d 41. §.3.d 24. § 10.d.39. §.2.33 §. 6.

Periret autem hominis natiuus rationalis appetitus ſi in morale honeſtum tendere proprijs viribus nõ poſſet, ac verſus eſſet in brutalem ſenſitiuum, qui ad iucundum bonum determinatus eſt.

ANTITHESES SYLVII.

93. NEMO ſanè credet, liberum arbitrium per originis vulnus ita determinatum eſſe ad malum, vt naturæ viribus non poſſit pulchram honeſti formam amare, quam odiſſe nec poteſt. Relictæ ſunt omnino intellectui ſuę naturæ vires, quibus abſque peculiari auxilio gratiæ poteſt quodlibet verum naturale cognoſcere diſtributiuè; multas veritates practicas complecti, & poſt factam reuelationem, aſſenſum quoque moraliter certum ei præbere. Libero arbitrio ſua virtus conſtat, qua & generali Dei concurſu poteſt imperfectè amare auctorẽ naturę, ac velle ei placere honeſtè operando, quorum neutrum poteſt diabolus. ----Reſp. omnino tenendum cum communi Theol. ſententia, hominẽ in ſtatu naturæ corruptæ poſſe aliquod opus moraliter bonum facere, abſque ſpeciali ſeu ſupernaturali auxilio gratiæ Dei: ita S. Thom. art. 5. repetit hominem ſine gratia poſſe facere opera perducentia ad bonum aliquod hominum connaturale, nulla praua circum-

In theſi propugn. 11 Iul. 1644. & 21. Febr. 1645. & 2. p q. 109. ar. 2.

Quæri poteſt, vtrum in ſtatu naturæ corruptæ homo poſſit aliquod bonum morale efficere.

ſtantia

ſtantia vitiatum, quod eſt liberè ac moraliter bonum. Prob. natura humana non eſt totaliter corrupta per peccatum: ergo per illud naturæ bonum, quod in hominibus eſt, poſſunt aliquid moraliter bonum operari. Item quædam ſunt opera moraliter bona adeo facilia, vt in illis ſaltem aliquando faciendis nulla videatur eſſe difficultas, vt contrahere matrimonium non intento fine prauo, obedientiam exhibere parentibus, & ſimilia ad quæ etiam ipſa natura inclinat, quorum propterea ratione ſcribit Aug. l. de ſpir. & litt. c. 28. *Cuiuſlibet peſſimi hominis vitam difficillime ſine aliquibus bonis operibus inueniri.*

re abſque ſpeciali auxilio gratiæ diuinæ? Quaſi verò appetitus rationalis differentiam à brutali propriam

amiſerit; tantum non conuerſus in brutalem, cognoſcat bonum honeſtum, & nullis naturalibus auxilijs in id tendere poſſit.

DAMNATVS ART. XXVII. & XXVIII.

86. LIBERVM arbitrium ſine Dei adiutorio non niſi ad peccandum valet. Pelagianus eſt error dicere, quod liberum arbitrium valet ad vllum peccatum vitandum.

Hoc eſt, ita perijt libertas abſtinendi à peccato, vt nec in vllo quidem opere omnis peccati culpam poſſit effugere: ſiue, ita inducta eſt peccandi neceſſitas, vt in omni actu, quo legem ſeruare quis videtur, reus alicuius peccati ſit.

ANTITHESES ESTII.

ARAVSIC. Conc. can. 22. generaliter ſic loquens: *nemo habet de ſuo niſi mendacium & peccatum*, etiam in vniuerſum oſtendit quàm nihil poſſit homo ſine Dei auxilio in genere. Id patet ex can. 19. quo dicitur, natura humana etiam integra nullo modo ſeruare ſeipſam potuiſſe ſine gratia Dei. Itaque *nemo habet de ſuo*, generaliter intellige vt *de ſuo* dicatur homo habere, quod ita ei proprium eſt, vt à Deo non acceperit. Vnde & titulus *can.* eſt: *De his* quæ hominum propria ſunt. Sic autem veriſſimum eſt, hominem de ſuo non habere niſi mendacium & peccatum. Hoc modo etiam dicta quædam Aug. ex quo canones Arauſic. ferè deſumpti ſunt, intelligi debent.--- At certum eſt, ea opera quæ tantum naturaliter aut ciuiliter bona ſunt, quatenus talia, poſſe fieri ab homine ſine gratia Chriſti: & opera quæ tantum moraliter bona ſunt, fieri poſſunt ab homine etiam ſine gratia Chriſti.--- Denique ſi non poſſet homo ſolis naturæ viribus vllam peccati tentationem, ne leuiſſimam quidem ſuperare, non videretur quod *liberum arbitrium ſine gratia valeat ad vllum peccatum vitandum*; cuius oppoſitum improbatum à Sede Apoſtolica diximus. Nam propriè vitari ea peccata dicuntur, ad quæ homines aliquo modo per tentationem alliciuntur.

In 2 d. 26. §. 10. & 9. 15. & 14. *Liberum arbitrium ex ſe non poteſt niſi peccare, & omne opus liberi arb. ſibi dimiſſi eſt peccatũ mortale vel veniale: eſt propoſ. hæretica ex cenſura Pariſi.*

ANTITHESES SYLVII.

95. ARTICVLVS iſte, *Liberum arbitrium ſine Dei adiutorio &c.* quia perinde ſonat, ac ſi liberum arbitrium operans per naturæ vires, quas à Deo accepit, & per generalem ſeu communem Dei operationem, non valeat niſi ad peccandum, merito fuit condemnatus: cum enim ſiue peccator fidelis, ſiue quiſpiam infidelis miſeretur pauperis, aliaque plura facit iuxta dictamen rectæ rationis, quod certum eſt non eſſe penitus extinctum per peccatum, quamuis non ea faciat per gratiæ Dei adiutorium, ſed per generalem Dei operationem, eius liberum arbitrium ad alia valere quam ad peccatum, euidenter oſtenditur.--- Vnde intelligi poteſt differentia illius canonis ab Eccleſia, *nemo habet de ſuo* &c. & huius art. à Pio V. damnati, *liberum arbitrium ſine Dei* &c. nam τὸ *de ſuo* non idem eſt ac *ſine gratiæ Dei adiutorio*; ſed longè generalius

In 1. 2 q. 109. ar. 2. Nullibi ait Aug. quòd homo ſine gratia non poſſit amare virtutem quà virtus eſt facilis, ſed quà ardua & heroica: ad hanc iuuari debet gratia vel vana gloria ſeu alio vitio

generalius ſonat: nam *de ſuo* id habere dicitur homo; quod ſic eſt ei proprium, ſicque à ſemetipſo habet, vt nullo modo acceperit à Deo. Sic autem homo ſolum peccatum habet à ſe, quia illud eſt tantùm ab homine, & nequaquam à Deo. *Sine gratiæ autem Dei adiutorio* id haberi vel fieri cenſetur, quod etſi habeatur & fiat per vires naturales à Deo acceptas, ac etiam per generalem Dei prouidentiam & operationem, non fit tamen neque habetur per gratiam ſpecialis auxilij, quę per Chriſti meritum datur.

Omnia alia ſiue naturæ, ſiue gratiæ bona, non à ſe habet homo, ſed à Deo accepit, vt primo motore, vel primo agente.

DAMNATVS ART. XXIX.

96. FVRES ſunt ij & latrones, quicumque docent --- tentationi vlli ſine gratiæ Chriſti adiutorio reſiſtere hominem poſſe, ſic vt in eam non inducatur, aut ab ea non ſuperetur.

Hoc eſt, nulla tentatio aut cupiditas ſine peccato oppugnatur aut vincitur, niſi Dei amore ſupernat. nec vlla eſt pugna, multò minus victoria tentationis ante fidem aut gratiam.

En modeſtas cenſuras quas ferunt in Pontificios Doctores.

ANTITHESES ESTII.

POTEST homo etiam in hac corruptione conſtitutus ſine ſpeciali Dei auxilio per ſolas naturę vires leuem aliquam peccati tentationem ſuperare, ſic vt non peccet, ac proinde ſic vt aliquam laudem mereatur. Quia per tranſgreſſionem primi parentis non ita corrupta eſt humana natura, vt bonum morale in ea prorſus ſit extinctum. Quare ſicut poteſt per naturę vires ſeruare quædam pręcepta legis naturę, imo ſicut poteſt omnia quæ occurrunt, ſeruare ad breue aliquod tempus: ſic per eaſdem naturę vires poteſt contra leuem aliquam peccati tentationem pugnare & vincere: nimirum ex eodem amore virtutis & honeſtatis, quo præcepta quædam legis naturæ obſeruat; maximè ſi meliorem quis ſortitus fuerit indolem, ac maiorem ad certa virtutum officia propenſionem, vel etiam acceſſerit ex inſtitutione quædam virtutum exercitatio, vt melioribus occupatus ac delectatus reſiſtat vitiorum illecebris: iuxta id quod monet Horatius: *Inuidia vel amore vigil torquebere, ſi non intendas animum ſtudijs & rebus honeſtis.* ---- Apertius confirmatur ex improbatione articuli 29. quo dicitur, *nulli tentationi ſine gratia Dei adiutorio reſiſtere hominem poſſe, ſic vt in eam non inducatur*: inducitur autem in tentationem etiam ille, qui victus cupiditate vnius peccati abſtinet ab alio perpetrando.

In 2. d. 26. § 4.

Quē ſenſũ vtique habet doctrina, cui articu[illegible] viſus eſt cōducere.

ANTITHESES SYLVII.

97. CVM Aug. epiſt. 106. ait: *Nos dicimus, quod ſine gratia voluntatis arbitrium nihil valeat ad non peccandum;* non vult dicere, quod ſine gratia nihil poſſit moraliter bene agere; ſed quod ſine illa non valeat, ſeu non ſufficiat ad VITANDVM OMNE peccatum, neque ad omnia mandata implenda.--- Verum manet quod poſſit aliqua opera moraliter bona operari ſine gratia, quæ ſcilicet naturę vires non excedunt: quia homo non ſemper actualiter tentatur, aut certè non ſemper tentatur ad quoduis peccatum: atque ita dum, vel non actu tentatur, vel tentatur ad vnum aliquod peccatum, poteſt bene operari in alio genere: vt ſi tentatur ad furtum, poteſt patrem honorare.---Poteſt homo aliquas tentationes leues aliquomodo laudabiliter ſuperare, ſcilicet ex odio peccati & amore recti eis reſiſtendo ſine gratia ſpeciali:

In 1. 2 qu. 109 ar. 2. vbi manifeſtus eſt ſenſus Aug.

ſpeciali: quomodo tentatio ad luxuriam vel ebrietatem ſuperatur ab eo qui ſic ei reſiſtit, vt in nullum peccatum inducatur, ſed facit opus moraliter bonum,---maximè ſi bonam habeat & propenſiorem ad quædam virtutum officia inclinationem, ſiue ex natura, ſiue ex inſtitutione parentum aut magiſtrorum. Huc pertinet condemnatio articuli 28. & 29. per Pium V. & conſequens, *liberum arbitrium valere ad aliquod peccatum vitandum, nec illos fures eſſe ac latrones, qui docent* &c. ita vt (quemadmodum in explic. doctrinæ illos artic. concernentis ſcribit Facultas Theol. Louan.) & illud per gratiam adiutum valeat omne peccatum vitare, & ſine gratiâ etiam multa ſæpè declinet. --- Quod pronuntiat Apoſt. ad Rom. 7. *Non quod volo bonum hoc facio,* ſcil. *& non concupiſcere contra rationem, ſeu non ſentire prauos motus.*

Ibid. quæritur, An homo ſine gratia poſſit vllam tentationẽ ſuperare? Facultas Louan. cit. ibid. ar. 8. concl. 2. In 1 p qu. 82. ar. 1.

DAMNATVS ART. XXII.

98. CVM Pelagio ſentiunt, qui textum *Apoſt. ad Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quę legis ſunt, faciunt,* intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus.

Quaſi vero ſoli Pelag doctrinam ſuam: quod poſſint fieri opera naturæ moraliter bona, fundent in hoc loco Apoſt. & huc vſque non didicerint à doctrinæ eccleſ. veritate.

ANTITHESES ESTII.

PATRES, qui hunc locum de gentibus à Chriſto alienis interpretati, non cenſerunt eas omnia, quæ legis ſunt, naturaliter egiſſe, SED ALIQVA TANTVM, qualia ſunt honorare parentes, reddere depoſitum, iuſtam proferre ſententiam, non peierare, & alia id genus faciliora; quæ ex tali intellectu, ſententię Apoſt. bene probantur. Proinde prohibet Pontifex articulum meritò: nam ſecundum eam Patrum expoſitionem, non modò remotus eſt ſenſus ab errore Pelag. ſed etiam cum veritate congruit.

In 2. d. 26. § 41. Pelagiana hæreſis docet, OMNIA *naturaliter feciſſe* &c.

ANTITHESES SYLVII.

RESP. Pium V. & Gregor. XIII. in damnatione articulorum, de quibus frequenter egimus, tantum velle, vt expoſitio verborum Apoſt. de Gentibus à fide alienis non explodatur tanquam Pelagianis conſentiens. Ita condemnant hunc artic. 22. meritò: quamuis enim multi veteres eum textum Apoſt. interpretentur de gentibus ad fidem conuerſis; ſine tamen periculo Pelagianiſmi, aut alterius alicuius erroris intelligi poteſt de gentibus infidelibus, ac etiam cum veritate congruat: cum nolint Catholici iſtas gentes OMNIA, *quę legis ſunt, naturaliter feciſſe*, ſed quòd ſolo naturæ ductu & per vires eius, non pauca præcepta legis fecerint, qualia ſunt, egenum eleemoſyna ſubleuare, non occidere, & alia id genus facilia. --- Huc pertinet quòd Aug. *l. 1. de pecca. meri.* c. 22. agnoſcit *hominem ab ineunte pueritiâ modeſtiorem, ingenioſiorem, temperationem, ex magna parte libidinum victorem, qui oderit auaritiam, luxuriam deteſtetur, atque ad cæteras virtutes prouectior aptiorque conſurgat; & tamen eo loco ſit, vbi ei prædicari gratia Chriſtiana non poſſit:* Loquitur enim de illo, qui cum ſine fide & ſine fidei voluntate, imò & cognitione ſit, ſine ſpeciali gratiâ Chriſti operatur.

In 1. 2 qu. 109 ar. 4. ad 2. & ar. 8 quæſt. vl. concl. 2.

DAMNATVS ART. XXV.

99. OMNIA opera infidelium ſunt peccata, & Philoſophorum virtutes ſunt vitia.

Quaſi vero ſola abſentia fidei ſufficiat vt omnia opera infidelium vera ſint peccata.

ANTITHESES ESTII.

SI quis gentilis naturali pietate honoret parentes, pro tali opere non meretur puniri: ergo in tali opere non peccat: nam omni peccato pœna reſpondet. Item: Omni peccato fit homo deterior: at gentilis ex naturali compaſſione dans egenti eleemoſynam, aut lapſum erigens, aut cęco mõſtrans viam, ex opere non fit deterior: ergo non peccat. Item: Gentilis ignorans ſummum bonum, optare poteſt vt illud cognoſcat, & ad illud perueniat; & ad eum finem ſua ſtudia dirigere poteſt: id autem faciens non peccat. ---- Poteſt fidelis aliquid facere, quod non referat ad finem vltimum, quem fides monſtrat, ſcilicet dum peccat fide integrâ: ergo & infidelis poteſt aliquid facere, quod non referat ad finem, quem ſibi per infidelitatem, tanquam vltimum conſtituit: ita *S. Tho.* 2. 2. *q.* 10. *ar.* 4. Nihil vetat multa eſſe Dei munera in infidelibus, etſi non per gratiam Chriſti. Qui infidelis etſi non ordinet actiones ſuas in bonum finem particularem; quem non nouit, ordinat tamen illas in bonum finem generaliter cognitum; quam generalem boni cognitionem, ſicut & eiuſdem appetitum naturaliter inſitum habet. --- Ita Aug. cit. de infideli addit; *eum ſic natum, vt & bonum haberet ingenium, & concupiſcentijs mitioribus vrgeretur, quas poſſet facilè ſuperare*; ſcilicet qui gratiæ Chriſti, de quâ nihil didicit, ac proinde ſpecialis auxilij, quod non niſi per Chriſtum datur, nondum eſt particeps; potuit laudabiliter peccato reſiſtere ex odio peccati & amore honeſti: at modo perfectiſſimo, ſcilicet ex charitate Dei, ſpe æternæ beatitudinis, ſeu victoria, quæ ſit conducibilis ad ſalutem vitæ æternę, tentationis victores eſſe poſſunt illi ſoli, qui Deum ex fide nouerunt. Certè Aug. quando dicit: *Gratiæ Dei deputo, quæcumque non feci mala*, nullam excipit tentationem ne leuiſſimam quidem, eiuſque victoriam ex amore Dei profectam aut conducentem ad æternę vitæ ſalutem refert ad gratiam Dei.

In 2 d. 41. §. 2. & 4.

Liberum arbitrium hominis non poteſt abſque ſpeciali gratia Dei vitare peccatum; vnde fit, vt omne o[p]us hominis purè infidelis, ſit peccatum; cenſura Pariſi. partē 2. cenſet falſam & malè ex præcedenti inferri. Ratio à priori: Poſſe appetere bonum honeſtum ſeu conforme rationi eſt proprium rationalis appetitus primumque eius conſtitutiuum ac diſtinctiuum ab appetitu brutali: at proprium primumque conſtitutiuum perire aut mutari in oppoſitum nequit vllo modo, multò minus per actum 2. naturalem: ergo potentia proxima appetendi bonum honeſtum ſeu conforme rationi nequit perire in appetitu rationali per actum 2. naturalem pariter ſeu appetitionem boni delectabilis: n. 115.

ANTITHESES SYLVII.

100. EX his patet quantum à vero diſtet ſectariorum noſtri temporis dogma, qui non tantum auxilium ſpeciale ad quodlibet bonum opus morale requirunt, ſed etiam fidem & iuſtitiam exigunt, adeò vt & omnia infidelium & aliorum peccatorum opera ante iuſtificationem facta contendant eſſe peccata, de quo errore. --- Certum eſt non omnem actionem infidelis, etiam eius qui ne vnius quidem veri Dei cognitionem habet, eſſe peccatum, quia manet in infidelibus bonum naturæ, neque ipſi habent voluntatem obſtinatam in malo: ergo nil vetat, quò minus ex illo bono naturę aliquid operentur moraliter bonum. Item: Quædam actiones infidelium, neque fidei, neque bonis moribus repugnant v. g. imperitos docere, diſcordes conciliare, debita ſoluere, poteſtatibus ſuperioribus obtemperare: ergo In 1. 2. q. 109. ar. 2. & 2. 2. q. 10. ar. 4.

illæ

illæ non ſunt peccata. Item SS. Patres manifeſtè docent, Ethnicos, ſi quid boni fecerint, non abſque mercede, Dei iudicio præteriri. Aug. epiſt. 5. laudari dicit Romanos, quod ab vlciſcendi libidine abhorrerent, ignoſcentes potius iniurias quàm perſequentes. Et c. 27. de Spir. & lit. In impijs Deum verum veraciter iuſtèque non colentibus, quædam ait, *facta vel legimus, vel nouimus, quæ ſecundum iuſtitiæ regulam non ſolum vituperare non poſſumus; verum etiam meritò rectèque laudamus.* Et c. 28. *Sicut non impediunt à vita æterna iuſtum quædam peccata venialia, ſine quibus vita hæc non ducitur: ſic ad ſalutem æternam nil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus difficillimè vita cuiuſlibet peſſimi hominis inuenitur.* Proſper c. 26. con. collat. in malis vitioſiſque hominibus agnoſcit ea quæ vitam mortalem poſſint honeſtare, æternam conferre non poſſint. Et apertius *l. 1. de voca. gen. c. 4.* Hæc eſt cõmunis Schol. probata per Pium V. in condemnatione huius art. 25. *Omnia opera infidelium &c.*

DAMNATVS ART. LXV.

NON niſi Pelagiano errore admitti poteſt aliquis vſus liberi arbitrij bonus, ſiue non malus, & gratiæ Chriſti iniuriam facit, qui ita ſentit & docet.

Quaſi verò nulla lex naturæ aut poſitiua quantumuis facillimè obſeruatu ſeruari poſſit, ex complacentia honeſtatis ac rectitudinis.

ANTITHESES ESTII.

AVGVST. *de Spiritu & litt.* c. 28. fatetur, non vſque adeò in anima humana detritam eſſe imaginem Dei terrenorum affectuum labe, quin in ipſa impietate faciat aliqua legis vel ſapiat. Sed ad ſalutem nil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus difficillimè vita cuiuſlibet peſſimi hominis inuenitur. Idem l. 1. de ciuit. c. 15. meritò laudandam dicit virtutem Reguli, pactam hoſtibus fidem etiam cum certo ſuo periculo illibatè ſeruantis. In 2 d. 41. §. 2.

---- In ſtatu naturæ corruptæ poteſt homo ſine gratia Chriſti per ſolas naturæ vires ſeruare quædam præcepta legis naturę, multaque facere moraliter bona, imo ad breue tempus ſeruare omnia præcepta legis naturæ, quæ ſeruanda per idem tempus occurrunt, affirmatiua & negatiua. In 2. d. 26. §. 40.

ANTITHESES SYLVII.

102. PIVS V. & Gregor. XIII. inter varios art. condemnarunt hos: *Liberum arb. ſine gratię adiutorio &c. nu. 94. Amor naturalis &c. c. 2. Cum Pelagio ſentit &c. n. 92. Non niſi Pelagiano errore &c.* Veræ igitur ſunt propoſitiones iſtis articulis oppoſitæ, ac per conſequens concedendum eſt tanquam verum, quod liberum arbitrium ſine gratiæ Dei adiutorio non ſolum valeat ad peccandum, ſed etiam ad aliquid boni moralis agendum: quodque amor naturalis, qui ex viribus naturę oritur, abſque iniuria crucis Chriſti defenditur: & quòd non ſentit cum Pelagio, qui boni aliquid agnoſcit ortum ex ſolis naturæ viribus; item *quod ſine errore Pelagiano, & ſine iniuria gratię Chriſti docet, qui bonum aliquem vſum liberi arbitrij aſſerit.* Ac omninò tenendum hominem, in ſtatu naturæ corruptæ poſſe aliquod opus moraliter bonum facere, abſque ſpeciali ſeu ſupernat. auxilio gratiæ Dei. Ita S. Tho. hic loquendo de bono virtutis acquiſitæ, quod procul dubio eſt morale. Nempe In 1. 2. q. 109. ar. 2.

Digitized by Google

natura hominis non eſt totaliter corrupta per peccatum: ergo nil vetat per id bonum naturæ aliquid moraliter bonum operari: nam quædam opera moraliter bona ſunt adeò facilia, vt ſufficiant vires naturales cum adiutorio Dei generali, ſeu operatione. --- Hinc Facultas Louan. Theol. Nuntio Apoſtolico ſic ſcribit: *Non ſic omnia boni principia euulſa ſunt, vt liberum arbitrium ſine gratiȩ Dei adiutorio non niſi ad peccandum valeat: Multa quippe ſunt, quæ vel ad humanos vſus vtiliter; vel ad excolendos ornandoſque vitæ mores, laudabiliter; vel ad reſpubl. conſtituendas, induſtriè prudenterque ex primi honoris reliquijs protulit: neque ea in quantum eiuſmodi ſunt, peccata eſſe cenſeri vllo modo rectè poſſunt.----Quocirca, qui boni aliquid naturalis, id eſt, quod ex ſolis naturæ viribus ortum ducit, non ex illa per Chriſtum ſpeciali gratiâ, agnoſcit, minimè is cum Pelagio ea in parte ſentire, ſeu Pelagiana hæreſi errare & labi dicendus eſt, ſed perſpicuè acquieſcere veritati.*

Non niſi Pelagiano certe admitti poteſt ante primam iuſtificationem in homine, liberi arbitrij vſus bonus; & qui ſe præparat ad eam, peccat, vt is, qui peſſimè abutitur ſuis bonis naturalibus. Nam ante eam omnia opera hominis ſunt peccata damnatione digna: *Hæc propoſ. pro omnibus partibus eſt hæretica, ex cenſura Pariſ.*

DAMNATVS ART. XXXV. & XL.

103. OMNE quod agit peccator, vel ſeruus peccati, peccatum eſt. In omnibus ſuis actibus peccator ſeruit dominanti cupiditati.

Hoc eſt, ſub iugum concupiſcentię miſſum eſt liberum arbitrium, niſi liberetur per gratiam Chriſti, ac prorſus neceſſitatur ad malum, nec niſi temporalis rei cupiditate mouetur: nec eſt pugna ſpiritus contra carnem, nedum victoria, niſi vt peccatum peccato ſuperetur.

ANTITHESES ESTII.

DICITVR homo ſeruus peccati, vel ſeruus iuſtitiæ, non quòd neceſſitate peccatum aut iuſtitiam operetur, ſed quia ſicut ſeruorum eſt, addictos eſſe voluntati ſuorum dominorum: ita homo peccator, tanquam peccati ſeruus, addictus eſt operibus peccati: & homo iuſtus tanquam iuſtitiæ ſeruus, addictus eſt operibus iuſtitię. Peccato enim & iuſtitiæ per proſopopęiam affingitur perſona dominorum, quibus homines ſe tanquam ſeruos addicāt, dum huius vel illius opera exequuntur: quod tamen non niſi libero faciunt arbitrio, vt illi qui ciuiliter ſerui ſunt hominum. ---- Etiam in malis aliquouſque ſpiritus contra carnem concupiſcit, quamuis à carne ſuperetur. ---- Quod Apoſtolus dicit 2. ad Tim. 2. Quoſdam inſigniter malos à diabolo captiuos teneri *ad ipſius voluntatem*: non quaſi voluntas eorum ita ſit ſubiecta voluntati diaboli, vt nihil velle aut agere poſſint, niſi quod diabolus voluerit, ſed quia ita derelicti ſunt à Deo, & traditi in poteſtatem diaboli, vt quaſi continuo ad peccata inducantur, & quodammodo impellantur: & per hoc quaſi videantur non agere quod ipſi volunt, ſed quod ille vult. *τὸ ad ipſius* ſonat Dei voluntatem, ex Græco, vt voluntati Dei, ſi fortè pœnitentiam dare voluerit, *non ſubtrahantur*. In 2 d. 24. §. 15 32. § 6.

104. Naturam humanam peccato primorum parentum corruptam eſſe, Catholica doctrina eſt à Patribus contra Pelag. tradita, & duobus primis canonib. Conc. Arauſi. & à Trident. ſeſſ. 5. can. 1. & 2. Quod autem ſpoliatus ſit gratuitis, vulneratus verò in naturalibus, eſt axioma Patrum, quibus non eſt priuatus, alioqui non poſſet fieri reparatio. --- Primum vulnus eſt in intellectu, ſcilicet ignorantia agendorum priuatiua & poſitiua, adeoque pronitas ad ſequendos errores in ijs maximè quę ad ſalutem ſpectant. Secundum

Quærit, Quibus modis viciata ſit hominis natura per peccatum in 2. d. 24. §. 18. 25. §. 6. §. 10.

in vo-

Digitized by Google

in voluntate ſcilicet malitia vel pronitas ad eligendum & committendum malum, etiam ſcienter & contra dictamen rationis rectæ. Tertium in appetitu concupiſcibili, ſcilicet vitium, quo contra rectam rationem & Dei legem mouetur ad ea quę ſenſibus iucunda ſunt; & quæ moleſta ſunt, refugit, vocaturque ſpeciali nomine concupiſcentia. Quartum in appetitu iraſcibili quo inordinatè ſe habet appetens, ad bona ſeu mala ardua proſequenda, fugienda, repellenda; quod vulnus vocatur infirmitas. Ad hoc pertinent honoris & gloriæ cupiditas, vindicandi libido, temeritas, deſperatio, acedia ſiue inclinationes ad huiuſmodi vitia ex *D.Tho.1.2.qu.85.ar.3.* Actualia peccata lædunt adhuc & grauius vulnerant naturale bonũ hominis. REMANSIT ENIM IN NATVRA ALIQVID BONI PRÆTER IPSAS POTENTIAS, ſcilicet quędam principia naturaliter cognita, tam ſcibilium quam agēdorum; quidam naturalis appetitus boni, quod eſt ſecundum rationem; & naturalis hęc ad virtutem inclinatio per actualia peccata diminuitur ex S.Thom.cit.ar.1. AT PER ISTIVSMODI VVLNERA NVNQVAM TOLLITVR TOTVM NATVRÆ BONVM, multò minus natura ipſa: quia diminutio ſemper fit ſecundum proportionem, in quantum ponitur impedimentum pertingendi ad terminum, plura & plura; ita vt bonum totaliter non conſumatur, quin maneat in radice, ſeu anima intellectuali.

ANTITHESES SYLVII.

105. RESP. infideles, ſicut & alios peccato mortali obnoxios, teneri captiuos à diaboli ſeu ſub diaboli poteſtate ad eius voluntatem, non vt, quidquid vult, faciant, ſed quia eius voluntati obſequuntur, proficiendo de peccato in peccatum, etſi non obſequantur in omnibus; ſicut nec illi qui Deo ſeruiunt, faciunt omnia, quæ Deus vult. ---- Natura humana ex peccato valde debilitata & infirmata eſt; quò fit vt ſicut difficiliora legis pręcepta non poteſt ſine adiutorio gratię Dei ſeruare; ita ſine eo non poſſit tentationes grauiores ſuperare; idque non quia deſit vel auferatur ei libertas arbitrij, CVM CONSTET LIBERVM ARBITRIVM NEQVE A CONCVPISCENTIA, NEQVE AB VLLA ALIA RE POSSE NECESSITARI; ſed propter eius inſtabilitatem & infirmitatem rerumque difficultatem. ---- Igitur nemo ſanè credet liberum arbitrium per originis vulnus ita determinatum eſſe ad malum, vt naturæ viribus peccatum ſine peccato vitare nequeat. ---- Imo actus naturales moraliter bonos etiam infideles eliciunt, etiam in ſententiâ Auguſtini, etſi vitæ ęternę meritorij eſſe non poſſint, nec ad iuſtificationem vel remotè diſponere. ---- Dices: Homo vel eſt in peccato, *& ſeruus eſt peccati*, Ioan. 8. vel in gratia, ſeu iuſtitia, *& ſeruus eſt iuſtitiæ*, Ad Rom.6. & peccatores tenentur captiui *ad ipſius* diaboli *voluntatem*; quæ ſeruitus libertati repugnat. Reſp. non quod neceſſitate homo operetur alterutrum, ſed peccato & iuſtitiæ affingitur perſona dominorum, quorum opera homines liberè exequuntur, vt qui ciuiliter ſunt ſerui hominum: peccatores verò dum captiui ſunt à diabolo, in multis obſequuntur eius voluntati, non in omnibus, ſicut nec qui Deo ſeruiunt, eius voluntatem in omnibus faciunt, cum *in multis offendamus omnes*, *Iac.3.* Relatiuum vero *Ipſius* ex Gręco optimè ad remotum refertur, ſeu *Dei* voluntatem, ſicut in eos non plus poſſit diabolus, quam Deus velit ei permittere.

In 2.2 q. 10.ar.4. in 1.2 q. 109. ar. 8. concl. 2. Theſi cit. n.93.

In 1.p. qu. 83 ar.1. *Homo faciendo quod in ſe eſt, peccat, & non poteſt non peccare faciendo quod in ſe eſt cenſura Pariſi. cenſet hæreticam propoſ.*

Digitized by Google

PARS TERTIA
DE STATV NATVRÆ REPARATÆ PER CHRISTVM.

SYNOPSIS.

106. HAC Vltimâ parte ESTIVS SYLVIVSQVE perſpicuum faciunt, aſſertores damnatorum artic. ſi qui ſint, quantumuis GRATIAM CHRISTI Vt neceſſariam extollant, quia tamen non aliam niſi neceſſitantem liberum arbitrium, certâ ipſius indifferentiæ ruina, longè peſſimè ſentire de illa GRATIA CHRISTI, ſcilicet, quòd ſanare non poſſit Vulnus Voluntatis, huic ipſi reſtituendo natiuam ad bonum indifferentiam, ſed tantum neceſſitando ipſam ad bene operandum, & ad non malè per peccati omiſſionem: hoc eſt dicere, GRATIAM CHRISTI non ſanare Vulnus liberi arbitrij, niſi inflicto nouo Vulnere ſeu noua neceſsitate; Vtraque pariter damnata doctrina ſcilicet quod deſtituti gratia Chriſti neceſsitentur ſimpliciter ad peccatum hoc Vel illud; inſtructi Verò gratia Chriſti neceſsitentur ſimpliciter ad opus bonum, quod exercent. Quaſi Verò nihil ſuperſit liberi arbitrij poſt lapſum, niſi iudicium de medijs ſingulis non neceſſarijs ad finem, neceſsitatâ nihilominus Voluntate rationali ad electionem ſingulorum, Vt brutali appetitu ad obiectum ſuum ſine electione; Vtroque appetitu pariter libero à coactione dũtaxat: nec gratia Chriſti cũ matura deliberatione omnibus ſufficiens adſit ad abſtinẽdũ liberè ab actu peccati, quem concupiſcentia indeliberatè ac neceſſariò extorſerit; pariter tamen damnatione dignum ſit peccatum ex neceſsitate commiſſum, ac ex plena libertate: Iidem nec intelligunt, libero arbitrio ſuam infirmitatem ac malitiam ſufficientem eſſe, Vt ſit prima cauſa in deficiendo libera, & ſuſpendat actum Voluntatis, quem cauſa prima in efficiendo ac determinando libera, in nobis ſine nobis liberè cooperantibus, infuderit gratia ſua, eatenus ſemper efficaci, quatenus liberum arbitrium deliberatè non deficit, ipſam abijciendo, eidemque reſiſtendo, Vt quod ad malum ſufficit ſibi. Affirmant, gratiam Chriſti omnem, qua neceſsitatè liberum arbitrium inuadit, rapit, premit, eadem neceſsitate ipſum ſibi relinquere, ex reatu culpæ originalis Vel actualis quantumuis condonatæ; Vt deſtitutum gratia in aliud aliudque peccatum de neceſsitate ruat, quod nullum Veniale eſſe poteſt: eidemque præcepta Dei reddi prorſus impoſsibilia, etiam remotè, imò nec ſpiritum orandi petendique auxilium eſſe in poteſtate hominis: Gratiam quoque Chriſti non tribuere bonis operibus iuſti Vllam Virtutem merendi Vitam æternam, aut ſatisfaciendi pro pœna temporali, nullam partem boni operis eſſe hominis à Chriſto: Attritionem Vero ex timore gehennæ aut turpitudine peccati, etſi procedat ex gratia, non habere rationem Veræ pœnitentiæ, nec cum Sacramento; imò nec contritioni perfectæ annexam eſſe iuſtificationem: neque Sacramenta Baptiſmi ac Pœnitentiæ ex ſua inſtitutione remittere peccata: amorem Verò concupiſcentiæ omnem reſpectu Dei eſſe Vitioſum, Vti etiam operari intuitu mercedis æternæ: denique gratiam

Chriſti

Chriſti nullam intrinſecè habitualiter ſanctificantem: nullam Sacramenti, ac ſacrificij Eucharistici virtutem ex opere operato Chriſti.

CAPVT XI.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Gratiam Chriſti facere liberos tantum à peccato, commiſſo, non à neceſſitate committendi ſingula, aut bene agendi.

DAMNATVS ARTIC. XL. XXXVIII. LXIII.

107. IS libertatis modus, qui eſt à neceſſitate, ſub libertatis nomine non reperitur in ſcripturis, ſed ſolum nomen libertatis à peccato.

Quaſi verò gratia Chriſti neceſſitatem libero arbitrio imponat, ipſamque libertatis indifferentiam deſtruat, dum reparat; nec ipſa ſit B. Virgini reſtituta, nedum vlli Sanctorum; proinde hodie etiam in Beatis appareat vulnus liberi arbitrij, ſcilicet ineptitudo vt iuuatur auxilijs Adæ innocentis, ipſum non neceſſitantibus: Hoc eſt, nulla Chriſti gratia ita efficax ſit, vt liberum arbitrium reſtituat in integrum, ſuperando eius in malum inclinationem, quæ à concupiſcentia eſt, niſi illud ipſum neceſſitando ad bonum.

Quod voluntariè, fit, etſi in neceſſitate fiat, liberè tamen fit.

Luther. *de ſeruo arb.* iactat; hoc dogmate, de voluntate neceſſitata, non coacta, rerum ſuarũ ſummam contineri, eoque Romanæ fidei iugulum peti, nulla manifeſtior veritas.

Hoc eſt, quod voluntariè fiebat, & in neceſſitate liberè non fiebat in ſtatu innocentiæ, idipſum liberè fit, poſt peccatum Adæ; ~~in illo libertas pugnabat cum neceſſitate, iam non pugnat, mutatâ ipſius eſſentiâ:~~ in illo ſtatu libertas pugnabat cum neceſſitate, iam non pugnat, mutatâ ipſius eſſentiâ: in illo ſtatu libertas ſignificabat quid oppoſitum neceſſitati, nunc ipſam neceſſitatem, mutatâ ſignificatione.

Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

At libertati primi hominis naturali non ſola coactio, ſed maximè neceſſitas repugnabat & propriiſſimè: Certè neceſſarium & non neceſſarium non eſt pariter liberum: *vbi voluntas* propriè, *ibi libertas* propriè ſeu à neceſſitate, quæ eſt prima notio *voluntatis*, intellecta ab Angelis, Adamo, Aduerſarijs ipſis: *vbi voluntas* impropriè ſeu neceſſario volens, *ibi libertas* impropriè ſeu à coactione ab iiſdem intellecta. Quis ergo vbicumque legit in Patribus, *voluntas* abſolutè & propriè, intelligat *neceſſitas* abſolutè & propriè, cum minimè propria ſit *voluntati vt ſic* ipſa neceſſitas, ſed *naturæ* vt ſic?

ANTITHESES ESTII.

108. SCIENDVM libertatem arbitrij neque opponi ſeruituti neque ſoli coactioni: nam ſerui homines illam habent, & hanc bruta, quæ in multis non coguntur; ſed propriè & præciſè opponitur naturali neceſſitati (modi libertatis à peccato, à morte, à miſeria, à diabolo, à lege, à iuſtitia, ferè metaphorici ſunt, & ad modum libertatis, quæ eſt à ſeruitute propriè dicta, facile reuocantur.) Dicitur enim voluntas LIBERA, QVÆ NON NECESSARIO VVLT ALIQVID, ſed liberè, ſic nimirum, vt in eius poteſtate ſit hoc ipſum non velle. Quod quidem manifeſtum eſt brutis non competere, vtpotè quæ ita feruntur in obiecta ſenſibilia, vt in eorum poteſtate non ſit aliud agere; aut omninò id quod agunt, non agere. ITAQVE IN HIS SPONTE QVIDEM AGVNT, NON TAMEN LIBERE. Quod ſi coactioni ſolum, vt malè quibuſdam viſum eſt, opponeretur arbitrij libertas, non neceſſitati naturali, nil prohiberet, quò minus etiam in brutis, quoties non coactè ſed ſponte ad aliquid mouentur, huiuſmodi libertatem agnoſceremus. Quin etiam voluntas ipſa rationalis, quamuis eius naturæ ſit vt cogi non poſſit, ne quidem

In 2 d. 24. §. 1. Liberi arbitrij propria ratio explicatur.

Nec vltra quidpiam voluit hæreticus, niſi vt libertas non opponetur neceſſitati.

quidem à Deo (ſequitur enim contradictio, ſi voluntas cogi dicatur) non tamen in omni actione ſuâ libera eſt: nam mouetur voluntas in finem naturaliter, in media liberè: vnde in his locum habet liberum arbitrium, non in illo. Ex quo perſpicuum eſt, non eſſe idem voluntatem agere liberè, & agere non coactè. Quare non à coactione, quæ in totum repugnat voluntati etiam non liberè agenti, ſed à neceſſitate naturali liberum propriè dicitur voluntatis arbitrium.

Ad peccati demeritum non eſt ſatis vt libenter fiat, ſed debet poſſe omitti; ergo nec ad meritũ ſat eſt vt libenter fiat.

109. Quæ doctrina etiam ex eo oſtenditur; quia per hoc quod quis dicitur liberi arbitrij, tribuitur ei dignitas quędam & perfectiõ; quod ſcilicet dominium ac poteſtatem habeat ſuarum actionum, vt eas & facere poſſit & omittere. Eſt enim proprium dominantis naturæ, NVLLA NECESSITATE alligatum eſſe ad res inferiores. Sicut ergo Deus libertatem habet ſuarum actionum, velut creationis & gubernationis mundi, ſanctificationis noſtrę, electionis Petri, & cæterorum, quæ ad extra tendunt, & proinde infra Deum ſunt, quas omnes potuit poteſtque omittere; ità & intellectualis creatura ex eo liberi arbitrij eſſe demonſtratur, quia circa res inferiores ſibique ſubiectas, quarum domina conſtituta eſt, liberam poteſtatem habet agendi & non agendi. Huius rei argumentum eſt; ideo brutis non poteſt competere aliquod dominium, quia non habent liberum arbitrium. Dico, *circa res inferiores*: quia ſicut Deus libertatem non habet ad ſeipſum, vt non ſit Deus, vt non habeat filium &c. talium enim libertas maximæ eſſet imperfectionis: ita nec homo circa vltimum finem, à quo perficiendus eſt, libertatem habet, ſed naturalem neceſſitatem. Hæc probatio fundata eſt in ſcriptura, non tantum quatenus ea teſtatur homini in ſua creatione fuiſſe collatum dominium in alias creaturas *Gen. 1.* Verùm in eo maximé, quod homini diſertè tribuit dominium & poteſtatem reſpectu ſuarum actionum: Gen. 4. ad Cain: *ſubter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius,* ſiue appetitus, ſiue peccati: 1. Ad Cor. 7. *Non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis*: Ad Titum 3. *Diſcant & noſtri bonis operibus præeſſe.* Præeſt ſuis operibus, qui ea facit vt ſuper ea dominium habens, vt facere poſſit & non facere: hoc autem hominum eſt, non beſtiarum. Alia probatio eſt ex libertate agendi quæ fuit in primo homine ante peccatum, quæ planè talis erat, vt neceſſitatem agendi excluderet, ex Aug. l. 1. retract. c. 15. & ſæpe alibi; eademque eſt ratio de libero arbitrio Angelorum, NON EST AVTEM ALIA RATIO LIBERI ARBITRII IN PRIMO HOMINE ET IN CÆTERIS HOMINIBVS, neque alia in creatura humana & angelica. Rurſum, ſi libertas arbitrij non excluderet neceſſitatem, non poſſet homo peccare per liberum arbitrium: nam ex Aug. 3. *de lib. arb. c. 1. nulla culpa inueniri poteſt, vbi neceſſitas eſt.*

Hanc propoſ. *liberum arbitrium hominis non habet poteſtatem ad oppoſita,* hæreticam cenſet facultas Pariſii. *nec ei conuenit ea poteſtas ex ipſius naturali & intrinſeca ratione,* falſam, erroneam, & morali Philoſophiæ aduerſam.

Libertas & neceſſitas eidem conueniunt reſpectu eiuſdem, contradictionis & hæreſis damnat Facul. Pariſii. *ſola violentia repugnat libertati hominis naturali,* falſitatis.

110. Denique modum libertatis iam explicatum multis locis aſſerit Scriptura, Deut. 30. *Propoſui in conſpectu tuo vitam & bonum & è contrario mortem & malum; elige ergo vitam.* Eccli. 15. *Deus reliquit hominem in manu conſilij ſui, ante hominem vita & mors, bonum & malum; quod placuerit, dabitur illi.* Iſai. 1. *Si volueritis. --- Si nolueritis* &c. Matth. 12. *Aut facite arborem bonam* &c. 2. Reg. 4. *Trium tibi datur optio, quodcumque volueris, elige*: & alia innumera loca, quæ vel electionem, vel conſilij, vel poteſtatis vtrumlibet oppoſitorum agendi meminerunt. Hæc enim omnia clarè ſignificant in eo ſitam rationem liberi arbitrij, quòd agere poſſit, & non agere, NVLLA NECESSITATE in alteram partem inclinatum. Eſt autem hæc conſtans & certa Patrum ſententia

Liberum arb. ex ſua ratione intrinſeca non habet, vt ex ſe, de ſe, & per ſe efficiat actum liberum ab eâ ſeam ſeſeut propoſitio falſa, erronea, pernicioſa.

ſententia,atque inprimis Aug.qui l.3. de lib.arb.c.1.& ſeqq.totus in eo eſt,vt oſtendat libertati arbitrij contrariari neceſſitatem,& hanc cum illa conſiſtere non poſſe. Idem l. 2. de pecc. merit. c. 18. liberi arb. rationē in eo ponit, quod huc atque illuc,id eſt, ad diuerſa liberè flecti poſſit. Qua etiam phraſi vtitur l. 3. de lib. arb. c.1. Patres verò, vt in aſſerendo libero arb. frequentiſſimi, ita prędictum libertatis modum vbique ei tribuunt. Vt autem intelligamus, quàm neceſſario tenenda ſit hæc doctrina, qua dicimus, ad liberi arb. propriam rationem pertinere, vt ſit liberum à neceſſitate naturali, nec ſufficere, quod ſit liberum à coactione, notandum eſt, quod habetur in Conc. Trident. ſeſſ. 6. can. 5. *Hominem liberè conſentire diuinæ inſpirationi, quippe qui illam & abijcere queat.* Et can. 4. *Liberum arbitrium Deo excitanti & vocanti poſſe conſentire & diſſentire.* Quare non immerito *S.Tho. in diſp.qu.6.de malo art. vn.* affirmat hæ[illegible]ſim eſſe, non ſolum apud Theologos, ſed etiam apud Philoſophos, dicere quod ad liberam electionem non requiritur libertas à neceſſitate, ſed ſufficit libertas à coactione. Patet etiam iure damnatas eſſe huiuſmodi propoſitiones, & ſi quę ſunt ſimiles: *Sola violentia repugnat libertati hominis naturali*: Et, *quod voluntariè fit, etiam neceſſariò fiat, liberè tamen fit.*

De Catholica fide actum eſt planè, ſi ſola coactio libertatem homini adimit.

§. 2.

Reſpondetur ad objectiones.

III. Quidam huius temporis hæretici, dum cum Martino Luthero liberum arbitrium aperté negare non audent, vt Caluinus & Bucerus, ita vocabulum liberi arbitrij retinent propter SS. Patrum auctoritatem, vt tamen propriam eius rationem à nobis iam explicatam tollant, & proinde rem ipſam deſtruant. Docent enim libero arbitrio non repugnare neceſſitatem naturalem, ſed ſolam neceſſitatem coactionis: & hac ratione poſt peccatum hominem fatentur eſſe liberi arbitrij,quia non coactè,ſed ſponte & voluntarié operatur. Obijciunt ex Aug. illud *li. 5. de ciui. c. 10. Si illa definitur neceſſitas, ſecundum quam dicimus neceſſe eſſe, vt ita ſit aliquid vel ita fiat, neſcio cur eam timeamus,ne nobis libertatem auferat volūtatis. Neque enim & vitā Dei & præſcientiam Dei ſub neceſſitate ponimus, ſi dicamus, neceſſe eſſe Deum ſemper viuere & cuncta præſcire.* Reſp. Neceſſitas abſoluta competens alicui in quibuſdam actionibus, non tollit ab eo libertatem in alijs. Sic Deus qui neceſſariò eſt, neceſſariò viuit, neceſſariò ſeipſum cognoſcit & diligit,non neceſſariò mundum creauit, ſed liberè, ſic vt potuerit non creare: item, neceſſitas conſequentiæ,cum non ſit reſpectu noſtri abſoluta,ſed conditionata,libertatem arbitrij ſecundum rationem explicatam minimè tollit. *Vnde ibid.* Aug. *Neceſſe eſt cum volumus, libero velimus arbitrio, nec tamen ideo liberū arbitrium neceſſitati ſubjicimus, quæ adimit libertatem.* Ex quibus palam fit, Aug. dum negat libero arb. repugnare neceſſitatem,loqui de neceſſitate conſequentię, quæ eſt tantùm ex hypotheſi. Reſpondet enim hîc Aug. Stoicis, neceſſitatem, quæ non eſt in noſtra poteſtate,qualis eſt naturalis neceſſitas,cum libero arbitrio repugnare: Eam vero ſecundum quam dicimus neceſſe vt ita ſit aliquid,vel ita fiat,id eſt, quę conſiſtit in certa connexione cauſarum & effectuum, quæ profectò tantum conditionata neceſſitas eſt, ſi in ſe ſpectetur; non eſſe timendum, ne nobis libertatem auferat voluntatis. Huc facit exemplum quod adfert de præſcientia Dei: nam eius neceſſitas non eſt abſoluta, ſed ex hypotheſi,quâ nimirum ſupponitur aliqua eſſe futura, nam ſi nihil eſt futurum (quod quidem abſoluté eſſe potuit) nulla erit Dei pręſcientia. Conſtat & Deum multa velle, ac multa etiam intelligere practico intellectu (quæ eſt vita Dei exemplum Aug.) quæ poſſet non velle & non intelligere.

Immeritò damnati ab Eccleſia eſſent hi, quòd liberum arb negēt, ſi libertas coactioni tantum opponitur, cum libertatē à coactione profiteantur paſſim. Adducunt pro hac ſua ſent. hæretici quædam loca ex IP cuiuſmodi imprimis eſt hoc Aug. Stoici fatū aſſerebant, negabant tamen in actib. humanis neceſſitatē, ne tollerēt arb libertatem, *Gellius l. 6. noct. att. c. 2.* ſi lib. rū idem eſſet ac voluntariū, fruſtra in aſtrologos inſurgerēt Aug & Patres.

Vnde horum actuum vitę non tollitur libertas à Deo per hoc, quod ſemper & neceſſariò viuat; ſicuţ mihi non adimitur libertas exiſtendi in hoc loco per hoc quod neceſſariò ſum in hoc loco.

112. Idem *de ciuit. l. 22. c. vlt. ait* de Beatis: *nec ideò liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt: magis quippe erit liberum, à delectatione peccandi vſque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum.* Et Enchir. c. 105. *Erit homo ſic vt velle malum non poſſit, nec tamen ideo carebit libero arbitrio.* Reſp. non eſt ſenſus Aug. quod Beati habituri ſint liberum arb. ad non peccandum; quæ phraſis ſignificaret, ipſum etiam liberum eſſe ad peccandum, quod manifeſtè falſum eſt: Sed ſignificat Aug. per neceſſitatem non peccandi non auferri à beatis liberum arb. ſed potius confirmari, magiſque liberum effici. Qui enim peccare non poſſunt, multò ſunt liberiores in electione bonorum: dum inter ea ſine errore & periculo peccati eligunt quod volunt, quam ſi peccare poſſent. Quod patet in Deo, qui peccare non poteſt, & tamen ad eligendum oppoſita liberrimam habet voluntatem. Ad hoc ſignificandum ſubiungit Aug. in Enchir. *Multò quippe liberius erit arbitrium, quod omninò non poterit ſeruire peccato.* ---- Idem *ibid. Neque culpanda eſt voluntas aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt, qua beati eſſe ſic volumus, vt eſſe miſeri non ſolum nolimus, ſed nequaquam velle poſſimus.* Rectè dicit; tum quia etſi in appetẽda beatitudine libertatẽ non habet cõtrarietatis, eo quod non poſſit velle miſeriã, habet tamẽ cõtradictionis libertatẽ in hac vita: poteſt enim actu non velle beatitudinem, & ab actu ceſſare: tum quia voluntas etiam beatorum, qui ne contradictionis quidem habent libertatem in appetenda beatitudine, libera tamen eſt in multis alijs cum beatitudine non neceſſariam habentibus connexionem: quæ nimirum agere poteſt & non agere: Vel Aug. hîc in ipſa voluntate actuali conſiderat libertatem alterius generis, ſcilicet oppoſitam violentiæ & coactioni: non tamen inde ſequitur, quod in alijs actibus voluntatis non aliam, quæ libero arbitrio propria ſit, agnoſcat libertatem. Satis enim illi fuit, ſi oſtenderet quandam libertatem com petere voluntati, etiam in eo volendo quod non poteſt nolle, aut etiam non velle. Ad c. 46. de nat. & gra. dicendũ: quod Pelagius dixerat, ſcilicet voluntatis arbitrio priuari quidquid naturali neceſſitate cõſtringitur, non tam reprehendi ab Aug. quàm in dubium quoddam vocari. Dicit enim: *Et hîc nonnulla quæſtio eſt*, & meritò, quia Pelagius non diſtinguebat inter voluntatem & liberum arb. vt patet ex eius verbis *ibid.* Itaque ſecundum Pelag. non erat voluntas, vbi erat naturalis neceſſitas. Hoc autem optimè refellit Aug. dum probat, interdum voluntatem eſſe etiam in eo quod neceſſariò habetur aut appetitur, qualis eſt iuſtitia reſpectu Dei, & beatitudo reſpectu noſtri. Et hanc eſſe mentem Aug. probabile fit ex eo, quia cum Pelagius nominaſſet liberum arbitrium, ipſe tamen hoc vocabulo diſsimulato, tantummodo voluntatem nominauit, de quâ ſciret ſua verba nullam habitura dubitationem; nec poterat Pelagius hanc Aug. obiectionem remouere, niſi voluntatem à libero arbitrio diſtingueret.

Senſus Eccleſiæ communis eſt, nec beatos, nec dæmones, nec Chriſtum, nec Deum liberè agere, quando ex neceſſitate agũt; & ex his perperã Caluin. trahit arg. quòd ſola coactio pugnet cũ libertate ad laudem requiſita.

Nimirum vult ſeu agit voluntas interdum vt *natura* ſeu neceſſariò, cum genericã naturæ rationem participet: vult & agit interdum vt *voluntas*, ſeu vt libera & non neceſſariò, idque ex ſpecifica ratione diſtinctiua à naturali appetitu.

Teſte Calui. cit. Patres Tridẽ. per liberũ arbitrium intelligũt eligendi facultatẽ, ſolutã in vtramque partem; & hanc ipſã per liberũ arb. negãt hæretici.

113. Obijciunt Proſperu m con. coll. c. 19. liberum arbitrium definientem, *quod ſit rei ſibi placitæ ſpontaneus appetitus.* Reſp illud vocat ſpontaneum, quod ita agit vt poſſit non agere: vtpotè nec violentia nec neceſsitate naturali conſtrictum ac DETERMINATVM ad alteram partem. Vnde paulò poſt etiam de primo homine dicit, quod *ſe ſponte bono priuauerit*: per hoc volens ſignificare, ita eum peccaſſe, vt potuerit non peccare. Bernardus ſerm. 81. in

Cant.

Digitized by Google

Cant. vbi ait, quòd *voluntas peccato in deterius mutata, ipſa ſibi neceſſitatem faciat: vt neceſſitas, cum voluntaria ſit, excuſare non valeat voluntatem, nec voluntas, cum ſit illecta, excludere neceſſitatem. Eſt enim neceſſitas hæc quodammodo voluntaria: ita anima miro quodam & malo modo ſub hac voluntaria quadam ac male libera neceſſitate & ancilla tenetur & libera: ancilla propter neceſſitatem, libera propter voluntatem* &c. Loquitur non de naturali aut abſoluta neceſsitate, ſed de impropriè dictâ, quia id neceſſariò facere quis dicitur, ad quod vehementer inclinatur, ita vt ei difficillimum ſit affectionem ac voluntatem ab eo retrahere. Iuxta quem etiam modum neceſsitate quadam peccare dicuntur, qui ſunt in longa conſuetudine peccandi; & tamen illa neceſsitas magis reſpicit peccatum in genere, aut in ſpecie, quàm particulares & ſingulos actus peccandi. Nec de alia neceſsitate Bernardum locutum eſſe *ibid.* liquet claris expreſsiſque verbis, vbi liberum arbitrium & conſequenter meritum, tam in bono quàm in malo per hoc aſſerit: quia faciunt homines bonum malumue, quod eis non facere liberum eſt: & probat ex Eccli. 31. 114. Magiſter *diſt.* 25. § *A.* Spontaneũ accipit eo modo quo Proſper: quæ quidem acceptio non eſt omnino aliena à communi vſu loquendi. Magis enim de hominibus qui poſſunt ea quæ faciunt omittere, dicere ſolemus eos ſponte aliquid facere, quàm de beſtijs, in quarum poteſtate non eſt quod agunt non agere. Idem Mag. coactionem à neceſsitate non videtur exactè diſtinxiſſe: ideoque ſupplemento indigent eius verba §. 1. *A neceſſitate & ante peccatum & poſt, æquè liberum eſt arbitrium. Sicut enim tunc cogi non poterat, ita nec modo* &c. ait certè coactionem poſuit pro neceſsitate. Nec mirum: quia & Deus, qui minus violentiæ capax eſt, aliquando cogi dicitur à ſua bonitate, miſericordia, iuſtitia ad hęc aut illa facienda: in hym. *Ipſa te cogat pietas, vt mala noſtra ſuperes parcendo:* Exo. 32. *Dimitte me vt iraſcatur furor meus,* quaſi qui inuitus retineri poſsit. *Luc.* 24. *& coëgerunt illum* ſcilicet Chriſtum, vbi nulla reuera fuit violentia. S. Tho. qu. 3. de pot. ar. 7 ad 14. & 1. p. qu. 83. ar. 2. ad 3. videtur poſuiſſe coactionem pro neceſſitate naturali cum Mag. Rurſus qu. 10. ar. 2. ad 5. generalius loquitur de libertate voluntatis, dicens, quod voluntas liberè appetit felicitatem, licet neceſſariò eam appetat: & quod Deus liberè ſua voluntate amat ſeipſum, licet id faciat neceſſariò: & quod Spiritus S. liberè procedit à Patre, licet procedat ex neceſſitate: non tamen dicit has eſſe actiones liberi arbitrij. Voluntas ergo generali modo dicitur libera, quatenus ſpontanea eſt & non coacta. Voluntatis autem arbitrium liberum non dicitur, niſi quatenus poteſt ad vtrumlibet: ideo in ſum. 1. p. qu. 41. ar. 2. improbat eam locutionem; *qua dicitur Pater genuiſſe voluntate Filium,* multò magis improbaturus, ſi dicatur LIBERA VOLVNTATE GENVISSE. In 1. 2. qu. 114. ar. 4. c. Per ſe agere, eſt agere per electionem propriç voluntatis. ---- S. Bonau. in diſt. 25. qu. 2. docet liberum arbitrium conſiderari poſſe, vel vt liberum, vel vt deliberans: quatenus liberum eſt, dicit eſſe poſſe reſpectu neceſſarij, ſicut patet in Deo & beatis; quia licet in ijs habeat neceſſitatem immutabilitatis, non tamen coactionis: *quatenus autem deliberans, non eſt, non niſi de contingenti,* quia nemo deliberat de neceſsario & impoſsibili. Igitur ad *tex.* illud, *quatenus liberum,* non aliud eſt quàm quatenus voluntarium & non coactum: perinde ac ſi dicat, voluntatem quatenus

Libertas ſeu hominis arbitrium eſt ex eſſentia ſua facultas ad oppoſita, vertibilis in vtrumlibet par ẽ contradictionis vel etiam cõtrarietatis. At quod ex eſſentia ſua eſt vertibile in vtrumlibet, nequit per actum 2. conuerſionis ad alterutrum, fieri incõuertibile ad alterũ: ergo libertas Adę per actum 2. conuerſionis ad alterũ ſeu bonum delectabile, non eſt facta incõuertibilis ad alterũ ſeu ad bonum honeſtum morale; ſicuti ſemel conuerſa ad bonum honeſtum non fuiſſet inconuertibilis ad iucundum ſeu impeccabilis multo minus voluntas poſteroru creatur à Deo determinata ſeu neceſſitata ad malum inhoneſtum vel bonũ iucundũ: n. 99. Hic loquẽ-

 libera

di modus non reperitur, in ijs quæ poſteà ſcripſit, ideo nec temerè vſurrandus. Patrem & Filium liberè producere Spiritum Sanctum quia volentes producunt, docet *VVal.* & addit, poſſe abſolutè impoſſibilia, *quia poteſt. ſi velit.* Imò Patris per æqualem ad vtrumlibet oppoſitorum facultatem explicant hominis arbitrium.

libera eſt à coactione, verſari circa actiones etiam neceſsarias: illud vero *quatenus deliberans* ſeu conſilians vtrum eligat hoc an illud, intelligitur de libertate, quę propria eſt libero arbitrio vt tali. Igitur Bonau. in re non diſcrepat ab alijs, ſed minùs commodè & pręter communem conſuetudinem locutus eſt. Alphonſus à caſtro. *l. de hæreſ. v. libertas* ſatis apertè declarat, ſe coactionem intelligere non aliam quàm neceſſitatem determinantem ad vnum: dicit enim hominem per libertatē à coactione poſſe velle & non velle &c. Itaque difficultas argum. omnis ferè in eo eſt, quòd Patres non ſatis claré diſtinxerunt, de quâ neceſſitate, libertate, coactione, de quibus actibus voluntatis loquerentur, & quid per ſpontaneum intelligerent.

In homine etiam lapſo eſſe liberum arbitrium docetur ex Scripturis.

115. Noſtri temporis hæreticis peculiare eſt, quod licet fateantur in primo homine ante peccatum fuiſſe liberum arbitrium, negant tamen relictum eſſe in homine lapſo, ſcilicet in ijs rebus quæ ſpectant pietatem & obſeruationem legis diuinę; & vt loquuntur, in moralibus. Hominem quidem peccatorem ita cenſent ſeruituti peccati eſſe addictum, vt liberam facultatem boni eligendi non habeat; eundem verò poſt reparationem ita dicunt ab operante in eo Dei gratiâ agi & impelli, vt malum eligere non poſſit: atque hæc Lutheranorum ſententia eſt. Igitur contra iſtos ac nouos hæreticos oſtendendum eſt, in homine etiam poſt lapſum relictam eſſe facultatem, quâ non tantum ad diuerſa pro arbitrio flectere ſe poſſit, qualis eſt in Angelis beatis & miſeris, verum etiam malo relicto vel omiſſo, bonum agere, & contrà. Hanc libertatem clariſſimè adſtruunt verba Dei ad Cain *Gen. 4. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius*: Quod dominium non aliud eſt, quàm in quo propria libertatis ratio conſiſtit. Confirmant ſcripturę, quibus homini deliberatio & conſultatio adſcribitur, atque è pluribus electio proponitur. *Deut. 30. elige ergo vitam*: Eccli. 15. *Deus ab initio conſtituit hominem rectum* &c. quod non ad ſolum hominem integrum, vt cauillantur aduerſarij, ſed ad homines etiam peccato vitiatos pertinere, manifeſtum eſt ex loco. *Deut*. Ad quem omninò apparet reſpici &c. n. 110. Verba 1. ad Corin. 7. *Non habens neceſſitatem* n. 109. non tantum excludunt neceſſitatem coactiuam, vt quidam volunt, ſed & naturalem; *quod vult faciat*, id eſt, vtrumlibet, eligat: ſcripturæ, quę teſtantur, ita aliquid ab homine fieri, vt poſſit hoc ipſum omittere & non agere, vel contrà; apertiſſimè Eccli. 31. *Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus*: Pilati verba à Chriſto approbata Ioan. 19. *Neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te, & dimittere te?* Scripturæ, quæ præcipiunt *facere bonum & declinare à malo*. Pſal. 36. & alię penè innumeræ: Illæ quibus continentur promiſſiones, comminationes plurimæ. Nā præceptis, exhortationibus, promiſſis, comminationibus, quis locus eſſe poterit, vbi nulla eſt humanarum actionum ad vtrumque libertas, ſed naturalis & ineuitabilis in alteram partem neceſsitas? Illę, quæ docent vnicuique reddendam eſſe mercedem iuxta opera ſua. Neque enim locus relinquitur bonis aut malis, & conſequenter nec præmijs aut ſupplicijs, vbi neceſsitas eſt operandi: Aliæ, quę reprehenſionem, obiurgationem, exprobrationem malorum continent; & VANE PRORSVS adhibentur & STVLTE, vbi non eſt liberum arb. velut ſi beſtijs hæc eadem adhibeantur: Alię quæ continent laudem & præmia bonorum

§ 9. d. 24. in 2. Eandem ſent. probat Calui. in can. 5. ſeſſ. 6. ex captiuitate arbitrij, ex dominatu concupiſcentiæ, & gratiæ liberatricis naturâ: cum tamē nil probēt niſi debilitatum liberū arb. nempe ſi libertas indifferentiæ vitalis eſſet perdita, gratia ei mederi non poſſet, cum vitalis nō ſit.

Suſannæ deliberatio & electio Dan. 13. palam arguit hāc libertatē. Ad meritum aut demeritū non ſufficit libertas à coactione in homine, vti in brutis, nec ad laudem & vituperium.

norum & ſanctorum hominum, etiam perſpicuè probant, hominem eſſe liberi arbitrij teſte Aug. *l. de gra. & lib. arb. c.* 2.

116. Tantus eſt omnium Patrum cuiuſcumque ætatis, tam Græcorum, quam Latinorum conſenſus in eam doctrinam, quę tradit hominem etiam lapſum, ſiue adhuc in peccato iaceat, ſiue erectus ſit à lapſu; tam in moralibus, quàm in ciuilibus actionibus liberum habere arbitrium, vt ſuperuacaneum videatur, eorum locis vel deſignandis immorari. Sed quoniam aduerſarij qui hoc ſęculo liberum arb. oppugnant, potiſsimum niti ſe profitentur auctoritate eorum, qui contra Pelagianos ſcripſerunt, quaſi illi re accuratiùs expensâ, quęſtionem liberi arbitrij ſyncerius, quam alij tractauerint. Idcirco nobis ſufficiet eorum quædam de multis teſtimonia produxiſſe, ex quibus planiſsimum fiat, quę ſit etiam eorum de libero arbitrio ſententia. Horum primus ſit Auguſt. de quantitate ani. c.36. *Datum eſt animæ liberum arbitrium quod qui nugatorijs ratiocinationibus labefactare conantur, vſque adeò cæci ſunt, vt ne iſta ipſa quidem vana atque ſacrilega, propriâ voluntate ſe dicere intelligant.* Item l. 1. ſoliloq. c. 1. *Deus cuius legibus arbitrium animæ liberum eſt, boniſque præmia, & malis pœnæ diſtributæ ſunt.* l.5. de ciuit. c.10. *nullomodo cogimur aut retenta præſcientia Dei tollere liberum arbitrium aut retento voluntatis arbitrio, Deum, quod nefas eſt, negare præſcium futurorum, ſed vtrumque ampleƈtimur, vtrumque fideliter & veraciter confitemur.* His adde tres eius liberos, quibus de libero arbitrio titulum fecit; nempè quod in eo opere id agat ex profeſſo, vt contra Manichæos liberum arb. ſtatuat ac defendat: *l. 1. c. 12. l. 2. c. 1. l. 3. c. 4. &* 18. *l. 1. de vera relig. c. 14. l. de vnit. Eccl. c. 9. l. 2. de actis cum feli. Mani. c. 3. 4. tract. 4. in epiſt. Ioan. qu. 24. inter* 83. *& alia* quam plurima. Dicunt, hæc ab Aug. ſcripta ante hæreſim Pelagij. At nil horum retractauit, etſi quædam expoluerit, ſed non ita vt veritati liberi arbitrij quidpiam vellet detractum in homine etiam lapſo. Quod certo argu. eſt, hanc eius fuiſſe certam, ſtabilem irretractabilem ſent. Quod amplius eſt, dico, hanc doctrinam ab ipſo poſtea repetitam, & clariſſimis teſtimonijs confirmatam fuiſſe libris, quos edidit aduerſas Pelag. *l. de ſpir. & lit. c.* 30. *Liberum ergo arbitrium euacuamus per gratiam? abſit, ſed magis liberum arbitrium ſtatuimus. Sicut enim lex per fidem; ſic liberum arbitrium per gratiam non euacuatur, ſed ſtatuitur.* Epiſt. 47. *Fides Catholica neque liberum arbitrium negat, ſiue in vitam malam, ſiue in bonam.* Epiſt. 89. qu. 2. *Neque enim voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iuuatur; ſed ideo iuuatur, quia non tollitur.* Et lib. 2. de peccato. mer. c.18. *Ipſa ratio quemlibet noſtrum quærentem vehementer anguſtat, ne ſic defendamus gratiam, vt liberum arbitrium auferre videantur: rurſus nec liberum ſic afferamus arbitrium, vt ſuperba impietate ingrati Dei gratiæ videamur.* Ac ne dubites propriè eum loqui de libero arb. paulò inferius docet, *agnoſcendum eſſe voluntatis arbitrium, quod huc atque illuc liberum flectitur; atque in eis naturalibus bonis eſt, quibus etiam mali homines vtuntur.*

Eadem doctrina probatur ex PP. §. 10. Hæc eſt libertatis nota Patribus, ſcript. Concil.

Non dicit datam homini voluntatem, voluntarium, ſpõtaneum. Non ſcribit tam operoſè, vt voluntatem ac voluntariũ probet, quod nullus negant; ſed liberum, ſeu libertatem à neceſſitate.

Non ſufficit libertati vt modo bonum, modo malum poſſit amplecti, ſed vt dum vnum, idipſum neceſſario non velit.

117. Nec ſingula perſequamur, ſciendum, adeò poſt exortam hæreſim Pelagij Auguſtinum à priori ſententia, quam de libero hominis arb. tenuerat, non receſſiſſe, vt etiam grauiter atque indignè tulerit, hoc ſibi obijci à Pelagianis, quod immodica & incauta gratiæ defenſione liberum arbitrium deſtrueret, eamque calumniam ſtudiosè depulerit, vt *l. 2. de nupt. & concup. c. 3. l. 4. con. Iuli. c. 8. l. 1. con. duas epiſt. Pelag. c. 2.* & alibi. Quin & poſt exortum Pelagium, non minus quam ante, retulit Aug. ad hæreſim Manich:

Aug. per voluntatẽ & voluntarium intelligit notionem propriam libertatis à neceſſitate: aliàs voluntas dicitur natura aut ſpontaneum.

Digitized by Google

eam doctrinam, quæ negat liberum arb. vt patet ex l.4.con.duas epiſt. Pel. c.4. & plenius ex opuſ. ad quod vult Deum, de hæreſ. Itaque ex his concludo, Aug. etiam in ijs quæ contra Pelag. ſcribit, non modo non fauere ſententiæ eorum, qui hodie liberum arb. negant, verum etiam eos cenſere pro hæreticis habendos. ---- Hierony. ad Cteſiphon. epiſt. ſic alloquitur Pelagium: *Fruſtrà blaſphemas, & ignorantiam auribus ingeris, nos liberum arbitrium condemnare, damnetur ille, qui damnat.* Proſper l. 1. de voca. gen. c.8. breuiter oſtendit, nec gratiam, nec peccatum tollere liberum arbitrium. *Nec quia ſpiritu Dei agitur, ideo ſe putet homo liberum arbitrium non habere; quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo voluntate ſe dedit, à quo iudicium voluntatis deprauatum eſt, non ablatum. Quod ergo non interfectum eſt per vulnerantem, non tollitur per medentem.* In epiſt. ad Rufin. de lib. arb. *Nimium verò ineptè, nimiumque inconſideratè ab aduerſarijs, quod per hanc Dei gratiam libero nil relinquatur arbitrio.* Et ad cap. Gal. ſent. 6. *Qui dicit quod liberum arbitrium in homine nihil ſit, ſed ſiue ad bonum ſiue ad malum prædeſtinatio Dei in omnibus operetur, non eſt Catholicus. Arbitrium enim hominis gratia Dei non abolet, ſed adolet, & ab errore in viam reuocat.* Con. Collat. c.11. *Non eſt periculum libero arbitrio ex gratia Dei; nec voluntas aufertur, cum in ipſa bene velle generatur.* Conc. Conſtan. damnat articulum 27. Ioan. Wicleff: *Omnia de neceſſitate abſoluta eueniunt*, per quem ille liberum arbitrium tollebat: & Trident. ſeſſ. 6. can.5. directè contra Luther. *Si quis liberum arbitrium hominis poſt Adę peccatum amiſſum & extinctum eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo, imo titulum ſine re, figmentum denique à Satanâ inuectum in Eccleſiam, anathema ſit.*

Nec gratia nec peccatum neceſſitat liberum arbitrium aut tollit: quomodo enim tolleret, niſi neceſſitando?

Titulum ſine re eſſe dicit, qui neceſſitati dicit; nec enim rem tollere magis poteſt, cùm voluntatē nō poſſit.

Eiuſdem doctrinæ per rationes euidens probatio.

§ 11. Eaſdem habet Syluius in 1. p. qu. 83. ar. 1.

118. Ex ſcripturis & PP. facile eſt inſignes aliquot rationes colligere, quibus docetur eſſe in homine, etiam lapſo, liberum arbitrium, etiam quoad internas & morales actiones, & quę ad pietatem pertinent. 1. Homo per peccatum non deſijt eſſe animal rationale: ac naturam rationalem libertas arbitrij inſeparabiliter conſequitur, vtpotè ab intellectu ſeu ratione velut radice neceſſariò profluens: igitur homo naturaliter habet, neque per peccatum habere deſijt liberum arbitrium. 2. Modus appetendi ſequitur modum cognoſcendi: at in homine etiam poſt peccatum, eſt cognitio etiam eorum, quę ſunt ad finem non neceſſaria: ergo appetitus illi cognitioni reſpondens mouetur in ea non neceſſariò. 3. Homo etiam peccato vitiatus deliberare, conſultare, eligere poteſt, vt latiſſimè probat experientia, & ſermo omnium gentium: at hæ actiones, quæ tribuuntur tam malis, quam bonis, ſunt propriæ libero arbitrio. 4. Homo etiam poſt lapſum multa agit quæ poſſet omittere & contra. 5. Homini etiam lapſó dantur leges & pręcepta, proponuntur præmia & ſupplicia, promiſſa exhortationes, comminationes. At hęc omnia fruſtra, ſi non habet homo libertatem agendi. 6. Si homo poſt lapſum non habet liberum arbitrium, ergo nō peccat. Conſequens manifeſtè falſum eſt, etiam iudicio aduerſ. quorum dogma eſt, hominē in omni opere peccare. 7. Si non eſt in hominibus libertas arbitrij, non igitur alij boni ſunt, alij mali, ſed vel omnes, vel nulli. 8. Nec eſt ratio, cur quiſpiam agat de malis actis pœnitentiam: ad quam tamen toties Scriptura cohortatur. Quis enim ſeipſum accuſet, de eo quod non potuit non facere? 9. Si non eſt liberum arbitrium

Bene agendi impotentiam peccandique neceſſitatem, non excuſare à peccato, credit Caluin. 2. inſtit. c. 6. quod credat non excuſare à reatu pœnę homines, vel dæmones, difficilè eſt creditu.

trium crudelis & iniuſtus eſt Deus, dum punit hominum facta legi ſuę contraria? ſiquidem ea non potuerunt non facere. 10. Igitur in Deum authorem reijcienda ſunt omnia quęcumque malè & ſceleratè ab hominibus committuntur. Si enim non liberé ea agunt; ergo neceſſitate agunt naturali. Quidquid autem ſic agitur Deum habet authorem. Rationes hę omnes conuincunt, abſoluté in hominibus etiam lapſis eſſe liberum arbitrium. Cum autem vel omnes vel ſaltem ferè omnes, adeò ſint claré & euidentes, vt à quouis homine mediocris ingenij & iudicij percipi queant; nec dubium eſt, quin hęc Eccleſię doctrina, non tantum ſit fide tenenda, verum etiam ex ratione & lumine naturali euidens & manifeſta.

119. Ab illis qui liberum arbitrium peccato primi parentis extinctum eſſe dicunt, non re, ſed verbis tantummodò diuerſi ſunt, qui ipſum aut ſimpliciter, aut in negotio iuſtificationis velut inanimè quiddam nihil omnino agere meréque paſsiuè ſe habere affirmant: quem errorem Synodus Trident. damnauit ſeſſ. 6. cap. 5. & can. 4. Patres paſsim libero arbitrio ſimpliciter tribuunt actiuitatem, vt quod velle poſsit & non velle, agere & non agere. Dicendum eſt, quam falſum ſit, quod hæretici concludunt, libertatem arbitrij in bonis operibus tolli per gratiam Dei. Diligenter à Patribus ac præcipuè ab Auguſt. Anſelm. Bernard. diſputatum eſt de concordiâ gratię & liberi arbitrij, & tam auctoritate quam ratione oſtenſum bona opera noſtra ab vtroque proficiſci, etſi modum, quo id fiat, fateantur intellectu & explicatu eſſe difficilem. Regulam generalem ſtatuit Auguſt. vt quoties bona opera vel exiguntur ab homine, vel ei tribuuntur tacitâ Dei gratiâ, non tamen illa propter hoc intelligatur excluſa: & contrà, quoties bona opera noſtra gratiæ tribuuntur, non intelligatur excluſum liberum arbitrium, ſed potius vtrumque alteri in omni bono opere intelligatur adiunctum: *epiſt. 46. ad Valen. l. 1. retract.* c. 9. & 10. Sciendum enim quod ſicut hæretici hodierni per gratiam oppugnant liberum arbitrium, ita quondam Pelagiani per liberum arb. oppugnarunt gratiã Dei. Quare ſicut Pelagianis reſtitit Eccleſia, docens per liberum arb. nil derogari gratię Chriſti; ita & iſtis merito reſiſtit, docens per gratiam nec auferri, nec lædi liberum arbitrium.

§. 12. Liberum arbitrium non eſſe merè paſſiuum, ne ad bonum quidem.

§ 13. Libertatẽ arb. per operationem gratiæ non impediri.

Gratia libero arb. cooperatur, & hoc gratiæ.

120. Ratio 1. Gratia non tollit naturam, ſed inſtaurat eam & perficit: ergo opus bonum per gratiam Dei factum, non minus eſt opus liberi arbitrij quàm ſi illud idem opus ſine gratia Chriſti à libera voluntate hominis procederet. 2. Non aliter videt, qui ex cæco factus eſt videns per miraculum, quam qui viſum habet à natura: ergo nec minus liberé operatur, qui operatur per gratiam, quod eſt inſtar miraculi, quam qui ſine gratia quodcumque opus facit per naturam: imò etſi miraculosè viſus ex oculo eſſet productus, non aliter fieret quam ſi procederet à naturâ. 3. Primus homo & primus Angelus ita ceciderunt vt ſtare poſſent; boni verò Angeli ita ſteterunt vt cadere poſſent: ergo & nunc poſt lapſum homines ita agunt bene vel malè vt poſsint non agere. 4 Bonum opus non procedit partim à gratia, partim à libero arbitrio, ſed ſimul fit ab vtroque, adeoque totum à ſingulis opere indiuiduo. 5. Cooperatio primæ cauſę in operibus ciuilibus & externis non tollit arbitrij libertatem; ergo nec gratia Chriſti in moralibus; quę eſt diuina cooperatio, ſeu auxilium ſpeciale, quo mouet ad opus pietatis. ---- Itaque Deus per gratiam ſuam non tantùm facit vt faciamus bona opera, verum etiam facit, vt ea faciamus ſecundum modum humanę naturæ conuenientem, id eſt, vt ea liberé faciamus. Et ſic *per gratiam Dei non tollitur liberum arbitrium*

Doctrina hæc confir. ratione multiplici.

Soluitur arg. hęret. contra liberũ arb. ex efficacia gratiæ Dei operantis in nobis bona opera petitum.

Digitized by Google

bitrium, ſed ſtatuitur, ex Aug.cit. Vnde *S. Tho. 1.2.qu.108.ar.1. ad 2.*ait: *Quoniam gratia Spiritus Sancti eſt ſicut interior habitus nobis infuſus*, inclinans nos ad rectè operandum, facit nos liberè operari ea quæ conueniunt gratiæ, & vitare ea quę gratiæ repugnant.---Ita Bonau.*in 2.p.2.d.25.qu.1. Hanc dignitatem habet liberum arbitrium vt in quantum liberum ſoli Deo ſit ſubiectum*; vt poſſit efficaciter immutari à Deo, non tantum induci ad actiones liberas. Nam induci poteſt ab agente etiam creato, immutari à ſolo increato, cogi a nullo; quia hoc implicat contradict. *qu. ſeq.* Sic igitur liberum Dei arbitrium influit libertatem in creaturam Angelicam & humanam, non ſolum conferendo ei facultatem liberam, id eſt voluntatem, ſed etiam actum ipſum liberum, qui maius bonum eſt, maiorque perfectio quàm ſola facultas; nam potentiæ ſunt propter actus tanquam fines & perfectiones ſuas.

121. Dices 1. *Non eſt hominis via eius: Ierem.* 10. Ergo homo non habet actiones ſuas in poteſtate. 2. *Non eſt volentis*, Ad Rom.9. ergo in bonis operibus locum non habet liberum arbitrium. 3. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum*, Ioan. 6. Tractus autem neceſſitatem importat. 4. Homo ante reparationem ſeruus eſt peccati, poſt reparationem ſeruus iuſtitiæ; Ioan. 8. &c. at ſeruitus libertati repugnat. 5. Quoſdam à diabolo captiuos teneri ad ipſius voluntatem. 2. *Tim.* 2. captiuitas autem libertati contraria eſt. Ad 1. Reſp. Ierem. loquitur de actionibus externis, & de conſiliorum & cogitationum ſucceſſu, propter varios caſus, quorum cognitio & diſpoſitio non ſubiacet humanæ prudentiæ. *Aug.* quidem verba Ieremię refert ad actiones internas, *2. de pecc. meritis c. 17*: ſed intelligit non eſſe poſitum in hominis poteſtate ſine adiutorio gratię diuinę, *vt vias ſuas*, ſeu actiones, rectas & bonas faciat. Ad 2. non volunt aduerſariij, hominem lapſum non habere voluntatem: nec aliud Patres, quam ex ſent. Apoſt. gratiam tenere primas in opere bono: non enim voluntas noſtra facit gratiam operari, ſed gratia voluntatem. Ad 3. *Tractum*, neque violentia, neque neceſſitas ſignificatur, ſed potentiſſima operatio gratię Dei, quæ etiam ex nolentibus & repugnantibus volentes & ſequentes facit, idque illæſa libertate voluntatis. Ad cętera n. 103. 122. Supereſt, vt argumenta ex Aug. contra liberum arbitrium refellamus. Enchir. c. 30. *Libero arbitrio male vtens homo, & ſe perdidit & ipſum,-.-- Cùm libero peccaretur arbitrio, victore peccato amiſſum eſt & liberum arbitrium.* Epiſt. 107. ad Vitalem: *Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi parentis granditate perdidimus.* Serm. 2. de ver. Apoſt. *Magnas arbitrij vires homo cum conderetur accepit, ſed peccando amiſit.* l. 1 retract. c. 15. *Voluntas noſtra in tantum libera eſt, in quantum liberata.* l. 1. con. duas epiſt. Pel. c. 3. *Arbitrium liberum in bono non eſt, quod liberator non liberauerit*: Et l. 3. c. 7. Et lib. de ſpiritu c. 30. Per gratiam ſanatio animæ abolitione peccati, à vitio peccati, per animæ ſanitatem libertas arbitrij. ---- Vt quid miſeri homines audent ſuperbire de libero arbitrio antequam liberentur? nec attendunt in ipſo nomine liberi arbitrij libertatem ſonare. Epiſt. 104. ad Anaſt. *Nec libera dicenda eſt voluntas, quamdiu eſt vincentibus & vincientibus cupiditatibus ſubdita.* l. 14. de ciui. c. 11. *Arbitrium voluntatis tunc eſt verè liberum, cum vitijs peccatiſque non ſeruit. Tale datum eſt à Deo, quod amiſſum proprio vitio, niſi à quo dari potuit, reddi non poteſt.* l. 2. con. Iul. c. 8. ait, Arbitrium voluntatis noſtræ ſeruum potius quam liberum appellandum. ---- Hæc argumenta fere omnia ſoluuntur diſtinctione multiplicis libertatis, à culpa, à miſeria, à neceſſitate ex

§. 15. Soluuntur alia argument. contra liberũ arb.

§. 16. Soluuntur arg. ex S. Aug. qui frequenter negat arbitrium hominis eſſe liberum, antequam per gratiam liberetur.

Digitized by Google

tate ex *Bern. de gratia & lib. arb.* Per peccatum amiſit homo libertatem à culpâ & miſeria; at verò libertatem à neceſſitate, quoniam illa naturam hominis neceſſariò conſequitur, amittere non poteſt. Seruitutem peccati & miſeriæ incurrit per peccatum; ſeruitutem, quæ naturalem arbitrij libertatem (quâ à neceſſitate agendi liberum eſt) excluderet; incurrere non potuit, eo ipſo quo ratione prædictus eſt, & de agendis deliberare poteſt. Neceſſitas quoque multiplex; vna patiendi motus concupiſcentiç; 2. peccandi ex ignorantia; 3. ex infirmitate; 4. venialiter in genere; 5. peccandi, aliquando mortaliter in eo qui nondum eſt per Chriſtum liberatus; 6. mortis & pœnarum; 7. neceſſitas naturalis ad actiones voluntatis: ſola poſtrema ſimpliciter repugnat libero arbitrio quod propriè dicitur ab ea libertate, quâ ex iudicio rationis agere poteſt & non agere: nec locum habet in ijs, ad quæ voluntas eſt naturali neceſſitate determinata. His præmiſſis,

Totidem modis ſeruitus oppoſita libertati.

Neceſſitas ſeptuplex. Syluius eadem habet cit. 1. p.

123. Reſp. Auguſtinum, vbi dicit hominem peccato amiſiſſe liberum arbitrium loqui de libertate, quæ eſt à peccato & miſeria: ſic ſe explicat ferè omnibus ijſdem locis, illo Ioan. 8. *Si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis*: aut illo 1. ad Corinth. 3. *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas* &c. quas ſententias manifeſtum eſt intelligi non de libertate naturali voluntatis noſtræ, ſed de libertate gratiæ; ita epiſt. 107. non ſimpliciter dicit nos perdidiſſe liberum arbitrium *ſed ad diligendum Deum*: Serm. 2. *Magnas vires liberi arbitrij* quæ conſiſtebant in iuſtitia originali, doniſque gratuitis, & facilitate operandi: nec *ſeipſum ita perdidit* homo vt non eſſet, ſed vt deterior effectus fuerit; vt quidam dicuntur homines perditi, id eſt, vita ac moribus deprauati; ita *perdidit*, id eſt, deterius reddidit ac deprauauit liberum arbitrium. Ipſe de qua libertate per peccatum amiſſa loquatur apertiſſimè *l. 1. con. duas epiſt. Pelag. c.* 2. Cum enim Iulianus ei obijceret hoc ipſum, QVOD EVM DICERE NVNC AFFIRMANT HÆRETICI, ſcilicet primi hominis peccato liberum arbitrium perijſſe, & neminem iam habere poteſtatem bene viuendi, ſed omnes in peccatum carnis neceſſitate cogi, Reſpondet ad eam calumniam: *Quis noſtrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem perijt per peccatum, ſed illa quæ in paradiſo fuit, plenam habendi cum immortalitate iuſtitiam; propter quod natura diuina indiget gratia, dicente Domino*, ſi vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis, *vtique liberi ad bene iuſtèque viuendum. Nam liberum arbitrium vſque adeò in peccatore non perijt, vt per illud peccent, maximè omnes, qui cum delectatione peccant* &c. --- Hoc eſt, voluntas noſtra ſemper retinet libertatem ſuam naturalem, qua poſsit agere & non agere; ſed eam libertatem, qua libera fiat à ſeruitute peccati, non conſequitur niſi per gratiam Chriſti. --- Hæretici autem non tantum in ſtatu peccati, verum etiam poſt acceptam Chriſti gratiam negant in homine eſſe liberum arbitrium, cùm præſens argumentum ſaltem poſt acceptam gratiam homini libertatem arbitrij vendicat. --- Nec eſt cur ita placuerit Luthero appellatio *ſerui arbitrij*, cùm ea ſit vſus Aug. contra hæreticum, qui immodicè extollebat liberum arbitrium, ſignificare volens, quid nobis in lib. arb. conſiderate magis expediat, nempè quod peccando inciderit in ſeruitutem peccati, & hac ratione ſeruum factum ſit, ſeruitute non repugnante naturali eius libertati. Ita Idem *l. de perfect. iuſtitiæ c.* 4. *Per arbitrij libertatem factum eſt vt eſſet homo cum peccato, ſed iam pœnalis vitioſitas ſubſecuta ex libertate fecit neceſſitatem.* --- *Quia peccauit voluntas, ſecuta eſt*

Liberum arb. liberè vult, quidquid ſpõte ſuâ voluntariè vult; ita vt quod neceſſariò vult, idem liberè vult: *Cenſura Pariſ.* iudicat pro omnibus particibus hæreticam propoſ.

Dubitata arbitrij indifferentia probatur, non ſublata.

ea eſt peccantem peccatum habendi dura neceſsitas: ſcilicet obſtat perfectioni iuſtitiæ neceſſitas peccandi venialiter, non repugnat libero arb. quia ſingula peccata vitare poteſt homo, non omnia: & homo ſemel ſubiectus peccato, non poteſt ſine gratia ſe inde liberare. --- Cęterum liberum arbitrium ſecundum ſtatum viæ definitur, *facultas eligendi bonum vel malum*: Libertas vero ad bonum, qua quis ita erga bonum affectus eſt, vt ad illud eligendum libenter ac prompté moueatur, erat in homine integro, minùs perfecta in homine poſt lapſum reparato.

ANTITHESES SYLVII.

Pro arbitrij libertate à neceſſitate antecedente actum.

124. POST Manichæos Lutherus alijque hęretici negarunt hominem eſſe liberi arbitrij, præſertim poſt lapſum. At Reſponſio B. Tho. ad fidem pertinẽs eſt, hominẽ etiã poſt lapſum eſſe liberi arb. ſiue in operibus pietatis, ſiue in alijs: ita Aug. epiſt. 89. *ſe intelligant habere quantum poſſunt liberum arbitrium, non vt ſuperba voluntate reſpuant adiutorium, ſed vt pia voluntate inuocent Dominum*: Hieron. ad Cteſiph. *Nos ex eo differimus à brutis animalibus, quod liberi arbitrij conditi ſumus, ſed ipſum Dei nititur auxilio, illiuſque per ſingula ope indiget.* Leo X. damnãs Lutheri articulum: *Liberum arbitrium* poſt peccatum, eſt res de *ſolo titulo*: Conc. Trident. cit. declarans, homines diuinæ gratiæ liberé aſſentiendo & cooperando diſponi ad iuſtificationem, &c. Homo comparatur *luto in manu figuli*, Iſai. 45. Non quod nihil agat, Deo in ipſo operante, ſed quod non poſſit impedire voluntatem Dei circa ipſum ſtatuentis proſpera vel aduerſa: nuſquam loquitur ſcriptura de interno actu voluntatis: quod tamen ſi diceretur, non aliud ſignificaret quam Deum poſſe, etiam faciliùs, ſeu ſolo nutu ſuæ voluntatis, voluntatem ac cor hominis vertere ſeu inclinare quocumque voluerit, Prouerb. 21. At quia eſt animal rationale, ſic Deus hominis voluntatem mouet, vt ipſa ſe moueat, liberèque agat, Deo in ea operante iuxta conditionem naturæ ipſius. Quod cum luto non conueniat, non debet hac in parte ſimilitudo accommodari. Ad illud Apoſt. *non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei.* Bene Hieron. cit. *Velle & currere meum eſt, ſed ipſum meum ſine Dei ſemper auxilio non erit meum.* De eo quem Deus trahit, ita Aug. l. 1. ad bonifa. c. 19. *Trahitur miris modis vt velit, ab illo, qui nouit intus in ipſis cordibus operari, vt volentes ex nolentibus fiant.* ---

In 1 p. qu. 83 de libero arb. ar. 1. 2. 3. 4. Vtrum homo ſit liberi arb. Certiſſima omnium ſententia, actus volũtatis intelligitur liber, ſi ab eo deſiſtere voluntas poſſit, & non agere; nec repugnat voluntati poſſe deſiſtere ab actu, ſeu deficere, bene, ſi malus; male, ſi bonus. Voluntas Chriſti humana, fuit formaliter libera, non tantum à coactione. aut per obiectiuam iudicij indifferentiam de medio ad conſecutionem finis indifferente, ſed maximè à neceſſitate operandi, per ſubiectiuam indifferentiam ad contradictoria; non quaſi non fuerit præcepti capax, maximè naturalis, aut petere diſpenſationem tantum poſſet, ſed per liberam acceptationem præcepti per anticipationem v. g. mortis, quoad modum, aliaſque circumſtantias: fuit, inquam, liber Chriſtus non obſtante vnione hypoſt. quę tamen non ſtat cum potentia phyſica peccandi, remota radicali, multo minus cum morali proxima, aut cum peccato, ſed eſt directiua voluntatis humanæ mediante gratia actuali excitante, vel viſione beata, ad quem phyſicè prædeterminatur per lumen gloriæ, & qua poteſt anima Chriſti excitare ſe ad quemcumque actum ſcientiæ infuſæ. Vnita igitur Verbo humanitas peccare non poteſt, nec elicere iudicium, quod ſuſpenſio actus præcepti ſit bona aut exequenda *In theſi propugn.* 12. Dec. 1645.

125. Liberum arbitrium reſpectu ſui actus eſt potentia ſimpliciter actiua; cùm fide certum ſit, à Deo motum & excitatum non habere ſe meré paſſiuè, ſed cooperari Deo excitanti & vocanti. Vt definitum eſt *ſeſſ. 6. can. 4 Triden.* Intellectus non eſt formaliter liber, ſed voluntas; cum ad hanc non ad illum, pertineat proprius actus libertatis, qui eſt eligere ſeu electionem efficere: ipſe tamen radicaliter eſt liber ex S. Tho. *Ex hoc quod ratio deliberans ſe habet ad oppo-*

Digitized by Google

ad oppoſita, voluntas in vtrumque poteſt. Per alias potentias nihil liberè facimus, niſi quatenus ſubſunt voluntatis imperio. --- DE RATIONE LIBERI ARBITRII EST LIBERTAS, NON TANTVM A COACTIONE, SED ETIAM A NECESSITATE NATVRALI: nempe vt quidpiam dicatur fieri liberè aut eſſe liberum; non eſt ſatis quod fiat ſponte, ſeu non coactè, ſeu abſque violentia; ſed requiritur præterea, quod non fiat, ſeu non ſit ex neceſſitate naturæ, ita ſcilicet, vt agens in poteſtate ſua habeat facere & non facere, non autem faciat neceſſariò: ac per conſequens libertas, à qua dicimur liberi arbitrij, non tantum opponitur coactioni, ſed propriè neceſſitati naturæ: ita B. Tho. qu. 6. *de malo*, de opinione eorum qui ponebant voluntatem hominis ex neceſſitate moueri ad eligendum, non tamen coactè, ait: *Hæc opinio eſt hæretica: tollit enim rationem meriti & demeriti in actibus humanis. Eſt etiam annumerãda, inter extraneas Philoſophiæ opiniones; quia non ſolum contrariatur, fidei, ſed ſubuertit omnia principia Philoſophiæ moralis. Si enim non ſit aliquid liberum in nobis, ſed ex neceſſitate mouemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, præceptum, punitio, laus, vituperium* &c. B. Tho. nonnullis in locis coactionem vſurpat pro abſoluta neceſsitate, ſiue ſit per violentiam vel coactionem propriè dictam, ſiue per naturalem determinationem ad vnum. Patres neceſsitatem vocant propenſionem, qua ſic vehementer inclinamur, vt difficillimum ſit voluntatem ab ea auertere. Aug. contra Stoicos, etiam neceſsitatem conſequentiæ &c. ---- Coactio repugnat voluntati, *non tantum libertati*. Coactum enim dicitur, quod eſt contra inclinationem rei: motus autem voluntatis eſt ipſa eius inclinatio: *1. p. q.* 82.---- Arbitrium à neceſsitate liberum, quod ante lapſum in Adamo agnoſcit luculentè Aug. verè ex ipſius mente aſſerit Proſper, Adamum *ne tunc quidem perdidiſſe, quando diabolo voluntate ſe dedit, à quo iudicium voluntatis deprauatum eſt, non ablatum.* Quod ipſum ſi per libertatem à coactione interdum explicant Patres, notiorem nobis rationem inculcant. Nullus aſſerat Patrem & Filium producere Spiritum Sánctum liberè, etſi libentiſsimè: *Theſi propugn.* 11. *Iul.* 1644.

Vt in ſtatu naturæ integræ vel puræ non ſufficiebat ad hęc libertas à coactione per Aduerſ. ita nec in ſtatu lapſæ: cum non ſit mutata Phil. ſeu ſcientia moralis. Vide ſupra ex Eſtio. Gratiam lapſi hominis nullo modo relinqui eius arbitrio, vt eã deſerat, ſi velit, nemo dicat.

At hæc Fuſius & ex profeſſo perſequitur *Syluius in reſponſione ad aſſertiones quinque ad calcem libelli huius ad longum editã.*

CAPVT XII.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Gratiam Chriſti nemini actu peccanti eſſe ſufficientem vt abſtineat, niſi dum actu abſtinet ab omni peccato.

DAMNATVS ART. LXIII.

126. HOMO peccat etiam damnabiliter in eo quod neceſſariò facit.

Hoc eſt: Pariter damnatione dignus eſt homo lapſus peccans ex neceſſitate, quamdiu peccat, ac homo integer aut dęmones, quando ex plenâ libertatis indifferentiâ peccarunt: & in pari damnatione ſeu deſtitutione auxilij diuini homo punitur ob noua peccata, diabolus non punitur; licet ab vtroque ſint patrata pari neceſſitate: Quaſi vero arbitrij libertas in peccando cum neceſſitate peccandi conſiſtat, nullaque ſit ſuſpenſio actûs ſub dominio liberi arbitrij quia neceſſitari debeat voluntas ad deficiendum

Quamdiu non abſtinet ab actu peccati, tamdiu ſeu neceſſita-

Digitized by Google

ſeu cohibendum actum pariter ac ad efficiendum ipſum; deficere ab intrinſeco non poſſit, nec prius ratione deſerere, Deum eiuſque gratuitum concurſum quàm ab eo deſeratur. tu rad a. ctui nec in-

differentiam habet ad abſtinendum aut laſſitudine deficiendum à volitione peccandi. Quaſi vero cum abſtinet, gratia Chriſti neceſſiter, vel aliud peccatum.

ANTITHESES ESTII.

VT ait *Damaſc. l. 2. de fide c. 7. Quod ex neceſſitate fit, neque virtus eſt, neque vitium.* Vt Aug. l. de duab. anim. c. 11. *Peccatum eſt voluntas* RETINENDI *vel conſequendi quod iuſtitia vetat*, ET VNDE LIBERVM EST ABSTINERE.--- Manifeſtè falſum eſt etiam iudicio Aduerſ. hominem non peccare; quorum dogma eſt in omni opere peccare; nec minus manifeſtè verum idipſum, quia nemo peccat in eo, quod vitare non poteſt, & à quo LIBERVM NON EST ABSTINERE, ex Aug. cit. & *l. de vera relig. c. 14.* vbi affirmat, tam eſſe certum omnibus, neminem peccare in eo quod neceſsitate facit, vt dicat, nullum eſſe genus hominum, à quo hoc ignoretur. ---- Deteſtabilis error Manichæ. dicitur, ſcilicet hominem peccatum vitare non poſſe, intelligendo de vitatione ſingulorum cum Mag. Nam Manichæi docebant hominem neceſsitate naturæ impelli in peccata.

In 1. d. 24. § 9. § 11. & diſt. 42. § vlt.

Si natura vel neceſſitate motus iſte exiſtit, culpabilis eſſe nullo pacto poteſt. *Aug. 3. de lib. arb c. 1.*

127. Grauiſsimum fuit omnium peccatorum peccatũ Adæ, quatenus in ſui principio liberrimum, maximéque voluntarium fuit, vtpoté quando rationẽ adhuc integrã, nulla ignorãtia vel paſsio à boni electione impediebat, aut ad malũ impellebat.---Huius origo fuit bonũ creatũ ac defectibile, ſcil. volũtas creaturæ intellectualis: quę quatenus ex nihilo facta eſt, poteſt ab eo, à quo facta eſt, DEFICERE, atque à regula iuſtitiæ diuinę deuiare; ſicut in vniuerſum creatura, quatenus ex nihilo eſt, poteſt in nihilum redire. Hęc doctrina *Aug.* eſt varijs locis, *& Dionyſij Areopag.* l. de diuinis nom. c. 4. p. 4. vbi oſtenditur peccati origo eſſe res bona, non mala; ac PECCATI PROPRIE NON ESSE CAVSAM EFFICIENTEM, SED DEFICIENTEM, eo quod peccatum ipſum DEFECTVS ſit & priuatio boni: & ea ipſa cauſa, ſcilicet voluntas, DEFICERE poſſe, non quatenus à Deo eſt, ſed quatenus ex nihilo. --- Si obijcias, voluntatẽ, tam Angeli quàm hominis etiam in ſignificatione actûs, bonam, id eſt, iuſtam & rectam fuiſſe ab initio, ac proinde ex ea non potuiſſe exoriri malum: Reſp. Aug. Enchir. 15. non ex actu voluntatis bono, ſed ex naturali facultate liberi arbitrij. quæ non niſi bona naturaliter eſt, proceſsiſſe peccatum, quando videlicet relicto bono incommutabili, in cuius amore creata erat, DEFICIENS à rectitudine diuinæ legis nec enim aliud eſt peccare, quam à lege Dei DEFICERE: *l. 12. de ciui. c. 6. & 7.* ſic malorum, id eſt peccatorum, non Deus, ſed à Deo DEFICIENS voluntas intellectualis creaturæ, cauſa eſt: *in 2. diſt. 38. §. 1.* Deo nolente, id eſt, inuito, nil fit: contra pręceptum vel prohibitionem Dei, omnia & ſola peccata fiunt, ſub peccatis comprehendendo concupiſcentiam & motus eius inuoluntarios. - -- Ita dicitur aliquid fieri contra Dei voluntatem, non ſimpliciter, ſed quantum eſt ex parte peruerſæ voluntatis impiorum conantium impedire effectum voluntatis Diuinæ. *Quantum ad impios attinet*, inquit Aug. Ench. 100. *quod Deus noluit,*

fecerunt

Diſt. 33. § 9. 34 §. 1.

Quæ ſit prima origo peccati.

Adã ſeipſum ab intrinſeco impulit ad malum: ſuſpendit actum infuſum voluntatis bonum: ſuſpendit cognitionẽ actualem boni, illiuſque ſpiritualis concupiſcentia applicuit intenſam cognitionem mali, ſeu complacentiã boni iucundi. paſſus eſt à voluntate elici per modum naturæ & cauſæ neceſſariȩ ab obiecto formaliter determinatæ; à qua complacentia cum poſſet liberè abſtinere, pariter elicitum deſiderium abſolutum; quod quia non cohibuit, cum liberè poſſet, peccatum opere externo compleuit. Maximè ſi motus voluntarij ſunt in cauſa omittente, ita Adam facilè potuit amouere obiectum ſpiritalis concup. Nec defecit eius voluntas, niſi Deo permittente, quo ſtare bona poterat. In ſuſpendendo aliquo actu bono, ſi ex præcepto ſit, conſummatur actus peccati per puram deficientiam, cuius prima & ſola cauſa eſt liberum arbitrium addito etiam conceptu, quod poſſit non deficere ab actu bono elicito.

fecerunt (deficientes ſcilicet) *quantum ad omnipotentiam Dei nullo modo id facere potuerunt.* in 1. diſt. 47. §. 1. --- Generaliter notandum eſt omnem naturam creatam, quatenus creata eſt, id eſt ex nihilo facta, eſſe imperfectè bonam, ſeu participatione, ideoque DEFICERE poſſe à bonitate quam habet: irrationalis quidem per actiones & paſsiones ſuo bono contrarias; rationalis, vt talis, non niſi per actum propriæ voluntatis. Deficiens enim ac recedens homo ab eo quod bonum, non acquirit rem aliquam, ſed bonum aliquod amittit, & in eius defectum & priuationem incurrit. Quęrens enim bonum, & in eius proſecutione non vtens ordine legibus diuinis pręſcripto, deficit à bonitate: deficere autem peccare eſt: ita Aug. 1. *con. Iulian. c.* 𝔳*l.* docet peccati originem eſſe non poſſe niſi ex bono; ſed eo imperfecto & defectibili: 12. *de ciu. c.* 2. *&* 6. *& l.* 14. *c.* 13. *Encb.* 11. 12. 13. 14. 23. 24. Igitur peccati cauſa non eſt alia quàm voluntas in ſua operatione DEFICIENS: in 2. diſt. 22. §. 21.

128. Primum ſiquidem non eſt dubitandum, quin voluntas omnis creata ad operationes ſuas à Deo mouetur, tanquam à prima cauſa & primo motore. Nam ab hoc ordine, quo omnes cauſæ creatę ſubordinantur Deo vt cauſæ 1. vt ab ea motum & actionem ſuam omnem accipiant, nequaquam excipi poteſt creata voluntas: 1. ad Corin. 12. *Qui operatur omnia in omnibus:* vbi S. Tho. dicit, quòd Deus creet omnes operationes, vt cauſa 1. citans, Iſai. 26. *Omnia opera noſtra operatus es nobis Domine* &c. quæ teſtantur Deum authorem eſſe, & efficacem cauſam omnium rerum, actionum, motuum, ita vt omnes alias cauſas moueat, & ad operationes ſuas applicet, adeoque priùs naturâ, non tempore, effectus omnes cauſarum 2. producat. Deum auctorem naturę non prius, ſed ſimul (*aut poſterius*) natura operari cum cauſis 2. eſt prorſus impoſſibile, vtpotè repugnans rationi cauſæ 1. & motoris 1. Ratio: Omne creatum eſt à Deo vt cauſa; atqui cauſam 2. producere ſuũ effectũ eſt quid creatum: ergo eſt à Deo & prius naturà à cauſa 1. quã à 2. Ita Catech. Rom. expl. 1. art. fidei ſub finem: *Deus, 𝔳niuerſa quę ſunt, mouentur & agunt aliquid, intimâ 𝔳irtute ad motum & actionem ita impellit, 𝔳t quamuis cauſarum 2. efficientiam non impediat,* PRÆVENIAT TAMEN. Quę doctrina cum ſit vniuerſalis, neceſſariò etiam ad actiones liberas creatæ voluntatis extendenda eſt: & S. Th. 2. 2. *q.* 104. *ar.* 4. *Deus eſt primus motor omnium 𝔳oluntatum, ſicut eſt primus motor omnium, quæ naturaliter mouentur.* Et l. 3. con. Gen. c. 67. docet omnem motum voluntatis reduci in Deum tanquam primum volentem. Conſequens eſt, voluntates noſtras à Deo determinari ad actiones ſuas etiam liberas: nam ſi voluntas ſeipſam determinet: omnis autem effectus cauſæ creatę debet reduci in Deum vt cauſam 1. Igitur Deus voluntatem determinat. --- Sicut voluntas habet dominium ſuarum actionum, ſed ſub Deo ſupremo Domino: ita ipſa ſe ad actiones ſuas determinat, ſed ſub Deo primo determinante. Deus producit determinationem voluntatis ad actum, ergo determinat voluntatẽ ad actum, nam determinare non eſt aliud quam producere determinationẽ, ſicut mouere non eſt aliud, quã producere motũ, vel in ſe vel in alio: Ex S. Th. 22. de ver. a. 8. *Deus in 𝔳olũtate operatur 𝔳t in natura,*

dum naturę ac cauſæ neceſſariæ: accedente cognitione malitiæ obiecti & actus, habet dominium actus, à quo primum poteſt & debet deſiſtere, vtpotè cauſa 1. in deficiendo.

In 2. diſt. 24. ar. 14. libertatẽ non tolli per hoc, quod moueturà Deo.

Cauſa 1. prius natura ſeu ratione influit ſeu concurrit cum cauſa 2.

Productio eſt creata: ergo à cauſa 1. prius ratione quã à ſecunda.

Cauſa 1. nõ determinat ad actũ peccati efficienter, niſi volũtas ſit determinata formaliter obiectiuè per iudicium determinatum, vt primo motu in obiectum agatur per mo-

129. Idem S. Doctor *alibi* dicit expreſsé voluntatem creatam à Deo determinari & prædeterminari: nam 3. *con. Gen. c.* 90. Verba Damaſc. dicentis

 l. 2. de

Digitized by Google

l. 2. de fide c.30. quod Deus ea quæ ſunt in nobis, id eſt in noſtro arbitrio, præнoſcit, ſed non prædeterminat, exponenda dicit, vt intelligantur diuinæ determinationi non eſſe ſubiecta, quaſi AB EA NECESSITATEM ACCIPIANT. ---- Idipſum apertè ſignificat, quoties dicit, Deum ſic mouere voluntatem noſtram, VT EAM NON EX NECESSITATE DETERMINET: hoc eſt, ea determinatio non efficit, quò minus motus voluntatis ſit liber & non neceſſarius; exceptis dumtaxat ijs ad quę naturaliter motus: 1.*2.q.*10. *ar.* 4. *&* 1.*p.q.* 19. *ar* 3.*ad* 5. *de Veri. qu.* 23. *ar.* 14. Baſſol. in 2. diſt. 27. inter cętera dicit, voluntati hominis competere libertatem, qualis poteſt creaturę conuenire, quæ non poteſt eſſe primum agens, nec primum determinans in vlla actione. ---- Hinc ſciendum falli eos, qui exiſtimant nomen libertatis arbitrij hoc includere, vt dicat cauſam independentem ab aliqua priori reſpectu ſuæ liberæ actionis: hoc enim conſtat Deo, id eſt primæ cauſę proprium eſſe. Dicimus ad rationem liberi arbitrij hoc ſufficere, vt ex præuio iudicio intellectus practici ſic eligat vnum oppoſitorum, vt ex eiuſdem intellectus diuerſo iudicio poſsit eligere alterum. Quare impertinens eſt libero arbitrio vtrum illam ſuam electionem ſibi impreſſam habeat à cauſa priori, an non *dummodo poſsit abſtinere ab illa ac deficere.* Sola enim voluntas increata eſt quæ electionem ſuam ab aliquo priori non habet: *& ipſa eſt prima cauſa mouens naturales cauſas ac voluntarias: ſicut autem naturalibus cauſis mouendo eas, non aufert, quin actus earum ſint naturales: ita mouendo cauſas voluntarias, non aufert, quin actiones earum ſint voluntariæ, ſed potius hoc in eis facit: Operatur enim in vnoquoque ſecundum eius proprietatem:* ex S. Tho. 1. p. qu. 83. ar. 1. Ita bene conſiſtit, imò neceſſariò cohęret libertas actionum voluntatis noſtræ cum efficaci motione voluntatis diuinę: tum quia libertas creata, tam ſecuntum actum, quàm ſecundum potentiam neceſſariò dependet à libertate increata: tum quia Deus mouet vnamquamque rem iuxta modum & conditionem naturæ eius, non lædens rerum naturas à ſe inſtitutas. Cum autem voluntas creata libera ſit ſub Deo, vt ſicut mouet ſeipſam mota à Deo, ſic determinet ſeipſam determinata à Deo: ſicut enim omnes alij effectus cauſarum 2. procedunt à cauſa 1. & 2. ſic neceſſe eſt determinationem certi effectus vel cauſę 2. ad certum effectum ſimul fieri à cauſa 1. & 2. ſimul tempore; ordine tamen naturę cauſam 1. in omni actione eſſe priorem. Intelligenda verò eſt non duplex determinatio, ſed vna eademque quam prius naturâ faciat cauſa 1. quàm 2. ſicut & quemlibet effectum cauſę 2.

Nempe primi motus liberi arbitrij nullam imponunt neceſſitatem, dum concipitur libertas ab eis abſtinendi, ſeu deficiendi. Deus eſt cauſa 1. libera in efficiendo; creatura cauſa 1. libera in deficiēdo ſeu ſuſpendēdo actu: quem cū non ſuſpendit, & poteſt cū iudicio ſuſpendere, peccat, ſi malus actus eſt; meretur, ſi bonus. Atqui liberū arb. poteſt abſtinere ab vna electione, & ad aliam tendere: Non tollit Deus potentiā deficiendi ab actu peccaminoſo, dum libertas aduertit ad malitiam, imò ſuadet, vt abſtineat; pro peccato non habet primos motus. Determinatio prima in efficiendo eſt à cauſa 1. determinatio prima in deficiendo ſeu abſtinendo ab actu eſt libertima à cauſa 2. ſola.

130. Permiſsio peccati, etiam primi, quod Angelus & homo commiſit, effectus eſt prouidentiæ diuinæ circa vtrumque: nam habet rationem boni, quia ad bonum aliquod ordinatur; propter quod intendi poteſt à Deo, & dici, *Deus vult permittere peccatum* etiam poſitiuè: quod peccatum non eſt fortuitum reſpectu præſcientię Dei: ita Aug. Enchir. 100. *Propterea magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius, vt miro & ineffabili modo non fiat præter eius voluntatem, quod etiam contra eius fit voluntatem: quia non fieret ſi non ſineret, nec vtique nolens ſinit, ſed volens: nec ſinere bono fieri malū, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet bene.* Inducere in tentationem eſt permittere, ac poſitiua in Deo voluntas non impediendi lapſum. Non tamen ideò

In 1. diſt. 40. §. 11. Permiſſio peccati eſt continuatio cuiuſdam actus ſeu conſeruatio à Deo, dependenter omnino a cauſa 2. quæ poteſt & de-

Digitized by Google

ideò præciſè permittit, quia non impedit, ſed quia prouidens non impedit. --- Ita l. 14. de ciui. c. 27. *Quis audeat dicere, vt neque Angelus, neque homo caderet, in Dei poteſtate non fuiſſe? ſed hoc eorum poteſtati maluit, non auferre: atque ita & quantum mali eorum ſuperbiâ, & quantum boni ſua gratia valerent, oſtendere: in 2. diſt.* 23. §. 1. Peccat ex infirmitate, qui cum eſſet bonę voluntatis, tentationi cedit: qualia peccata multa committuntur ex ira, metu, tentatione carnis, alijſque paſſionibus: quæ dum vehementior eſt, ita occupat animum hominis, vt in officium virtutis, prout oportet, intendere non poſſit, adeoque iudicet actum hunc particularem, ad quem paſſio inclinat, faciendum eſſe: *diſt.* 22. §. 15. Peccatur ex malitia, quando neque ignorantia, neque paſſio voluntarium minuit, ſed inuidia, ſuperbia &c. voluntatis mentem excæcat: §. 17. Inconſideratio ſiue error, quo omnis peccans errat, propriè, non eſt cauſa peccati, ſed potius aliquid peccati: nam eo ipſo quo ratio prauè iudicat, peccat homo inchoatiuè, ſicut conſummatiuè peccat in eo, quod voluntas malè eligit: ita omne peccatum conſummatur, falſo iudicio & electione malâ; & VTRVMQVE FIT LIBERE, §. 21. ---- Si de ſingulis peccatis, an vitari poſſint, quæritur; nullum peccatum ab homine committitur, quod non poſſit euitare atque auertere, ſi & ratio diligenter aduigilet, & voluntas conſtanter peccato reſiſtat; quorum vtrumque etiam iuxta ſtatum huius corruptionis eſt poſsibile, adeoque exemplis probatur: *in 2. diſt.* 41. §. 7.

bet ab eo abſtinere; & in poſitiua conſeruatione actus præuidetur non abſtinere, cuius habet dominium morale, Deus phyſicum; cùm poſſit cohibere actū, non tamē debet, quia eſt cauſa vniuerſalis. Priùs ratione deficit ſeu abſtinet ab actu cauſa 2. quam prima; & defectum cauſæ 2 proprium prima præuidet, non effectum priorem cauſalitate primæ. Multò magis in ſtatu naturæ lapſæ ad abſtinendum ab actu peccati iucundo, opus eſt illuſtratione intellectus, & conſtantiâ voluntatis, ne rapiatur ab obiecto. Vterque actus cohiberi poteſt à libero arbitrio ac ſuſpendi; ergo non neceſſariò peccatur, cum abſtinere ſit liberum.

ANTITHESES SYLVII.

Pro libertate arbitrij ad ſingulos actus peccati.

131. IN ſtatu naturæ integrę, ita & lapſæ, talem agnoſcimus à cauſa prima præmotionem liberi arbitrij, vt ipſius indifferentiam non magis lædat, quàm præſcientia infallibilis, aut iudicium rationis practicæ vltimum; antecedentem verò actus neceſsitatem excludat: *Eſt* nempè *ratio data voluntati, vt inſtruat illam, non deſtruat; deſtrueret autem, ſi* NECESSITATEM EI VLLAM *imponeret, quò minus liberè pro arbitrio ſe volueret, ſiue in malum conſentiens appetitui, ſiue ad bonum gratiam ſequens.* --- VBI NECESSITAS, IAM NON LIBERTAS: *Bern. de gra. & lib. arb.* Metum conſtat augere liberum, dum minuit voluntarium. Verum illud quoque: *Si nos filius liberauerit à difficultate declinandi à malo, & faciendi bonum, quam per peccatum originis incurrimus, tunc verè liberi erimus.* Indifferentiam igitur liberi arbitrij, integram illam ſeu virtutem electiuam vtriuſlibet ſaltem contradictoriorum cum Catholicis omnibus aſſerimus etiam in homine lapſo.

In theſi propug. 11. Iul. 1644. Homo neceſſariò peccat etiam dānabiliter, in aliqua ſpecie peccati: & actus, ad quem neceſſariò fertur, eſt illi peccatum. Quare vt liberè feratur in actum, non eſt conditio neceſſaria ad peccandum, *Cenſura Pariſ.* indicat pro omnibus partibus hæreticam propoſ.

132. Voluntas à nullo obiecto ex neceſsitate mouetur, quantum ad exercitium actus; quia quodcumque obiectum voluntatis ſumatur, fieri poteſt quod homo non cogitet de illo. Deinde vt aliquid NECESSARIÒ appetatur quoad exercitium, oportet quod nec in ipſo, nec in eius appetitione poſsit apprehendi

In 1. 2. q. 10 ar. 2. 3. Liber eſt homo ad amouendam cog-

apprehendi vlla ratio mali: nullum autem eſt in hac vita obiectum huiuſmodi. Imò à nullo particulari obiecto, quantum eſt ex eius naturâ, voluntas de neceſsitate mouetur quoad ſpecificationem; quia quando aliquod obiectum proponitur voluntati, quod non ſecundum quamlibet conſiderationem eſt bonum, voluntas non de neceſsitate fertur in illud: quælibet autem bona particularia à beatitudine diuerſa, poſſunt ſecundum aliquam conſiderationem accipi vt non bona, quatenus nimirum ab aliquo bono deficiunt, cum non ſint tam perfecta, vt nihil eis deficiat. Vult quidem voluntas naturaliter cognitionem veri, eſſe, viuere, & quę reſpiciunt conſiſtentiam naturalem; At hęc ſub beatitudine comprehenduntur, vt quę habent apertam connexionem cum illâ, quæ ad ſpecificationem actûs neceſſitat. --- Item quando ratio ligatur totaliter à paſſionibus iræ vel concupiſcentiæ ad furorem vſque vel amentiam, quod voluntas neceſſariò moueatur ab obiecto tunc propoſito, non prouenit ex obiecti naturâ. Nam idem obiectum, ſiue ante ſiue poſt furiam vel amentiam propoſitum, eam non neceſſitat, ſed relinquit ſuæ libertati. Et ſimiliter quamuis motus primo primi, ſi eos ratio, neque impedire potuit neque reprimere, ſint neceſſarij; illa tamen neceſſitas non eſt ex obiecto, cum adueniente poſteà vſu rationis idem obiectum liberè reſpuatur; ſed eſt ex diſpoſitione qualitatum naturalium, quam voluntas, quando vt natura ſine vllo rationis iudicio operatur, de neceſſitate ſequitur. Vnde tales motus à B. Thom. vocantur *naturales* in 2. diſt. 24. qu.3. ar. 2. dicente, quod *omnes primi motus, qui ſequuntur ſolum naturalium qualitatum actionem, ratione peccati carent.* --- Quòd voluntas beatorum neceſſariò moueatur ad amandum Deum clarè viſum, prouenit ex ipſius voluntatis naturâ & diſpoſitione; quæ cum habuerit bonum ſecundum omnem rationem boni ſibi euidenter & perfectè prçſens, ita vt nec in eo, nec in eius proſecutione actuali vlla ratio mali poſſit apparere, ex neceſſitate mouetur in illud AB AVTHORE NATVRÆ ET A NATVRA voluntatis.

nitionē obiecti, quâ allicitur ad peccandum, atque ita liber eſt, vt abſtineat à peccato cum plena aduertentia.

Quis credat liberũ arb. etiam à modico obiecto iucundo neceſſitari ad peccatum? nec gratiam Dei homini ſufficientem eſſe vt abſtineat?

Quis ſimilē huic neceſſitatem peccandi & non abſtinendi ab actu peccati fingat?

133. Homo, in quo ratio totaliter ligatur per paſſionem, neceſſariò mouetur à paſſione appetitus ſenſitiui, quia eadem eſt ratio de ipſo ſicut de animalibus brutis, quoad hoc quod eſt non liberè operari: bruta autem ex neceſſitate ſequuntur impetum paſſionis. Nempe homo nullum actum poteſt liberè exercere, niſi ex rationis deliberatione & attentione; quę deeſt, cum ratio ligata eſt: ergo non operatur liberè, ſed neceſſariò. Quando autem iudicium rationis non totaliter impeditur à paſſione, homo non mouetur ab eâ neceſſariò, ſed liberè; ideoque poteſt paſſionem ſequi & non ſequi, quia voluntas ſequitur rationem: vbi ergo ratio eſt à paſſionibus libera, ita vt ab ijs non ſit totaliter ligata, etiam voluntas libera eſt; eique imputatur ad culpam ſi conſentiat; ad meritum, ſi repugnet: ordinariè non totaliter impediunt iudicium rationis: pro quanto id impediunt, pro ea parte minor eſt culpa; regulariter manet intra limites ſuæ ſpeciei, ita vt dè mortali non trãſferatur in venialem, niſi admodum raro. Omni culpa vacant, quamdiu vſus rationis manet totaliter impeditus, niſi ipſi fuerint in cauſa, vt in iſtas exorbitantes paſſiones inciderent. --- Si ebrietas ſit directè voluntaria, & peccatum ex ea ſequens fuerit ſaltem imperfectè prçuiſum, diminuitur peccatum per eam commiſſum, ſed raró ſic, vt de mortali fiat veniale, quia iſtud peccatum eſt

Qui pari neceſſitate ac bruta peccat, pari damnatione peccat, nō æterna; nec ratio homini prodeſt, ſi neceſſitatē peccandi non auferts ergo nec obeſt.

Quis peccator experitur ſe furioſum aut amentem, dum peccat, aut talem ſe meminit?

tum eſt voluntarium ſaltem in ſua cauſa: cenſeri non poteſt voluntarium in cauſa, quod prouideri non poteſt: 2. 2. *qu.* 1[illegible]0. *ar.* 4.

134. Reſponſio certiſſima eſt, voluntatem non moueri à Deo de neceſſitate, ſed contingenter ad omnia, ad quæ ab eo mouetur; exceptis ijs ad quæ ipſa mouetur naturaliter quoad ſpecificationem. Nam fide certum eſt humanam voluntatem eſſe liberam: At Deus omnia mouet ſecundum eorum conditionem: ergo *ſic Deus humanam voluntatem mouet, quod non ex neceſſitate ad vnum determinat, ſed remanet motus eius contingens & non neceſſarius, niſi in his ad quæ ipſa naturaliter mouetur*: Ita S. Tho. 1. p. qu. 83. & hinc eſt quod Deus dicatur *reliquiſſe hominem in manu conſilij ſui*, Eccli. 15. *Voluntas dicitur habere dominium ſui actus, non per excluſionem cauſæ primæ, ſed quia cauſa prima non ita agit in voluntate, vt eam de neceſſitate ad vnum determinet, ſicut determinat naturam, & ideo determinatio relinquitur in poteſtate rationis & voluntatis*: *qu.* 3. *de pot. ar.* 7. *ad* 13. Quocirca ad rationem cauſæ liberæ ſufficit, quod poſitis omnibus ad agendum requiſitis, retineat liberam facultatem quâ poſſit non agere. Quare cum B. Tho. dicit, quod Deus humanam voluntatem mouendo, eam determinet, non eſt ſenſus, quod ipſam vni parti affigat (vt determinat cauſas naturales) ſed quod ſuauiter faciat, vt operetur iuxta modum ſuæ naturæ proprium, hoc eſt, liberè, mediante iudicio rationis indifferentis, & voluntati obiectum proponentis. Quare ſicut voluntas ſeipſam determinat, quando eligit vnum ex ijs, ad quæ erat indifferens, neque tamen propterea ſibi neceſſitatem infert, ita Deus eam determinare poteſt, abſque eo quod inferat ei neceſſitatem. Ambulans etiam tunc cum eſt ambulans poteſt quieſcere, hoc eſt facultatem habet ad quieſcendum in ſenſu diuiſo: ita voluntas à Deo mota poteſt non agere, ſeu habet potentiam ad non agendum: ſic enim Deus illam mouet, vt faciat liberé agere: adeò vt magis repugnaret diuinæ motioni, ſi voluntas moueretur ex neceſſitate, quam ſi liberè. Indifferentia ergo libertati eſſentialis eſt, vt non ſit naturali neceſsitate determinata ad vnum, etiam eo inſtanti eſt quo determinatur & agit, cùm etiam tunc verum ſit, quòd ad hîc & nunc agendum, ſit ex natura ſua indifferens, & nulla naturali neceſsitate determinata ad agendum.---Libero enim arbitrio creato nequaquam repugnat, quòd moueatur ab eo, qui eſt illius author (*nec cauſæ 2. vt moueatur à prima priùs ratione*) qui ſicut illud creauit, ita poteſtatem habet mouendi illud, & mouendo facere quod liberé operetur, quodque ſeipſum moueat. *Liberum enim arbitrium eſt cauſa ſui motus*, non tamen de neceſsitate libertatis eſt, quod ſit prima cauſa ſui, ſicut nec vt quid ſit cauſa alterius requiritur, quod ſit prima cauſa eius. Sine dubio homo eſt dominus ſuorum actuum ſeu ſuarum electionum, cum poſsit vnum præ alterum acceptâre: *Dominium quod habet voluntas ſuper ſuos actus, per quod in eius poteſtate eſt velle & non velle, excludit determinationem virtutis ad vnum* (ſicut eſt in brutis determinata) & *violentiam cauſę exterius agentis, non autem excludit influentiam ſuperioris cauſæ, à quâ eſt ei eſſe & operari*, ait B. Tho. 1. *con. Gen. c.* 69. *Et qu.* 1. *de malo ar.* 7. *ad* 13. *ideo determinatio actus relinquitur in poteſtate rationis & voluntatis*: quia vt idem qu. 24. de veri. ar. 1. ad 3. *Cauſa prima operatur in operatione cauſæ 2. cum cauſa 2. non poſsit in actum procedere niſi per virtutem cauſæ 1. Vnde non tollitur ratio libertatis*: in 1. p. qu. 83. ar. 2.

In 1. 2. q. 10. ar 4. vtrum voluntas moueatur de neceſſitate ab exteriori motiuo, quod eſt DEVS. Hoc eſt, author naturæ, ſi quẽ motum imprimit voluntati, per modũ naturæ, hunc ipſa vt libera excutere po eſt ceſſando, abſtinendo, deficiendo ab ea impreſſione. Scilicet quamdiu voluntas poteſt abſtinere à ſuo actu liberè elicit actum, & nil vetat ſingulis momẽtis ſuſpendere actũ. Actum malum Deus non facit, vt non ſuſpẽdat; nec ita mouet vt reſiſti ipſi non poſſit; ſed ſequenti inſtanti motus naturæ deficere poteſt ex libertate, cauſa 2. ad quam ſpectat prius ratione deficere à ſuo concurſu. Voluntas ad actum malum primo determinatur, vel à paſſione, vel à cognitione determinata boni iucundi ſolius formaliter obiectiuè, quàm applicat & non amouet, vndique ab auctore naturæ efficienter, at

idem excitat cognitione mali, vt voluntas abſtineie poſſit ab actu malo, ſicque determinatio ei relinquatur: nam poteſt in non actum procedere ſeu in nihilum ſeipſa.

135. Quod paſſio concupiſcentiæ ideo minuat peccatum, quia minuit voluntarium, intelligendum eſt de voluntario ſecundum rationem liberi, ſiue quia minuit liberum: ex libertatis enim minutione maximè ac proximé minuitur peccatum, CVM DE PECCATI RATIONE MAXIME SIT VT COMMITTATVR LIBERE, adeo vt ſi aliquod opus fieret voluntariè, ſed non liberè, neque illud eſſet bonum moraliter, neque peccatum, non defectu voluntarij, ſed defectu liberi. Vnde quod dici ſolet voluntarium eſſe de ratione peccati, non de quocumque voluntario accipiendum eſt, ſed de voluntario libero: & quo quis magis liberè peccat, eo peccatum eius eſt grauius: quo autem minus liberè, eo ipſius peccatum eſt minus, ſi cætera ſint paria: quia ergo minus liberè peccant, qui ex concupiſcentia peccant, quam qui nulla paſſione eos ſtimulante peccant, idcirco minus peccatum eſt, cęteris paribus, illorum qui per concupiſcentiam peccato conſentiunt, quàm aliorum. Quare concupiſcentia minuat liberum, & non minuat voluntarium ratio eſt; quia libertas importat indifferentiam, voluntarium dicit inclinationem: at concupiſcentia non nihil turbat, vel etiam impedit actualem conſiderationem eorum, quæ voluntatem poſſent auertere ab obiiecto, quod concupiſcit, vt experientia notum eſt: minuit ergo indifferentiam, cum hæc in perfecta rei conſideratione ſecundum vtramque conſiderationem, tam bonitatis quàm malitię fundetur; ac per conſequens etiam aliqualiter minuit libertatem. Eadem autem illa concup. intellectum mouet; vt rem obiectam proponat voluntati tanquam bonam, ideoque ab ea expetendam: ipſam verò voluntatem quodammodo allicit & inclinat, vt vel nunc eam rem velit quam anteà nolebat, vel certè ardentius velit, eiuſque inclinationē auget. --- Adam in ſtatu naturæ integræ, propter inconſtantiam tamen liberi arbitrij varios appetitus honorum & voluptatum liberè excitaſſet. --- Paſſio poteſt impedire rationem ne actu conſideret ea, quorum ſcientiam habet quidem in particulari, ſed habitualem tantum (contra ſcientiam in vniuerſali, etiamſi actu illam teneat, facilé operatur quis victus à paſsione ipſum alliciente) vel ex defectu ſolo attentionis ſiue applicationis animi, vel ex aliquo impedimento quo mens aliorſum auertitur, qualis eſt externa occupatio, aut corporalis infirmitas, aut etiam paſsio appetitus ſenſitiui, quæ per corporalem immutationem quandoque ita ligat rationem, vt vſus rationis totaliter amittatur, vt in ijs qui propter abundantiam amoris in inſaniam ſunt conuerſi; interdum non totaliter amittatur, minus tamen ſit liber.

Concupiſcentia auget voluntarium, minuit liberum, & peccatum: ergo quod neceſſariò fit non eſt peccatum: *in 1.2 qu. 6. ar. 7.* Qui nulla paſſione ſtimulante peccāt, debent ex malitiâ amouere cognitionem mali, & intendere cognitionem ſolius iucundi, donec voluntas rapiatur per modum naturæ. Ita in ſtatu naturæ integræ, vbi neceſſarij concupiſcentię motus nulli fuiſſent, non defuiſſent liberi: *In theſi propugn. 21. Februar.* 1645. In 1 2 q. 87. ar. 2.

136. Homo etiam in ſtatu peccati mortalis exiſtens poteſt SINGVLA peccata mortalia vitare; quia ſi non poſſet vitare ſingula, ea non haberent rationem voluntarij ac per conſequens nec peccati: quod enim vitari non poteſt, non eſt voluntarium, nec peccatum. Nec eſt neceſſe quod talis homo continuo peccet: nam *ar. 2. & 2.2.q.10.ar.4.* oſtenſum eſt, hominem etiam in malo ſtatu exiſtentem poſſe aliqua opera moraliter bona facere; quæ profecto dum facit non peccat, ſed peccatum vitat. ---- Ratio, non Deo, ſed peccato mortali ſubiecta, ſicque adhærens alicui bono commutabili tanquam fini, facilé habet motus & conſenſus ſubitaneos in peccatum aliquod mortale; non quidem ita ſubitaneos, vt ſint abſque omni deliberatione ad peccatum mortale requiſita: ſed quia ſunt abſque deliberatione tali, quę ſufficiat

In 1 2. q. 109 ar 8. Anjequā peccator excuſet, quod *neceſsitetur ad ſingula* probare debet? quod maiorem deliberationem non poſſit adhibere.

cum

eum à peccato mortali perpetrando retrahere. Virtus enim prçuiæ deliberationis, quâ peruerſum finem ſibi conſtituit, eique quodammodo quaſi habitualiter affixus adhæret, facilè talem hominem impellit aut inducit in conſenſum, & in opus peccati mortalis, quando illud offertur, niſi tunc actualiter maioris ponderis deliberationem adhibeat in contrarium: quoniam qui ſic eſt animo affectus, quando tentatur ad nouum p. m. vel non actu aduertit, ſicut poſſet ac deberet, quod ſit contra Dei legem, ſed tantum conſiderat, quod ſit appetitui ſuo conſentaneum: vel ſi actu aduertat eſſe contra legem Dei, ea tamen cogitatio non ſufficit, vt ipſum à peccato retrahat, quia minoris æſtimat Deum, quam finem illum peruerſum, cui animum affixit. At ſi actu cogitaret, vel qualiter Deus ſit amandus, eique prçſtanda obedientia, vel quod flagitium, ad quod tentatur ſit tam graue, vt propter illud æternaliter ſit puniendus, tunc demum retraheret ab illius conſenſu. Sed contingit ſæpenumero, vt priuſquam talis cogitatio ei occurrat, iam conſenſerit ex praua illa animi diſpoſitione vel affectione: *Quando enim homini ſic diſpoſito occurrit aliquid faciendum quod præcedenti electioni conueniat, repentè fertur in illud per electionem, niſi multa deliberatione ſeipſum cohibeat. Nec tamen per hoc quod ſic repente illud eligit, à peccato mortali excuſatur, quod aliqua deliberatione indiget: quia deliberatio illa ſufficit ad peccatum mortale, quâ perpenditur id quod eligitur, eſſe peccatum mortale & contra Deum: quæ tamen deliberatio non ſufficit ad retrahendum eum, qui eſt in peccato mortali.* Ergo in mortali exiſtens poteſt vitare ſingula mortalia ad quæ attentè vigilat.

Quis, ſi eâ attentione, quâ poteſt, aſſiduè meditetur, peccatum eſſe contra legem Dei, ſubitaneis motibus rapietur? Quis primum aduertens ſe peccare contra Deum, dicat ſe ab actu abſtinere non poſſe? at abſtinere non poſſe, eſt neceſſario peccare.

137. Qui autem hæret in affectu peccati lethalis, aut non curat veram eius agere pœnitentiam, non poteſt diu manere, quin peccet mortaliter, quia non habet cor ſuum firmatum in Deo (firmitas enim hæc non fit niſi per gratiam) multaque occurrunt propter quæ, vel conſequenda, vel vitanda non curat præcepta Dei, maximè cùm in repentinis homo operetur ſecundum finem prçconceptum, & habitum præexiſtentem *l.* 3. *Ethic.* 8. Poteſt quidem ex præmeditatione rationis aliter operari. Qui autem affectu peccati depoſito ad reconciliationem cum Deo aſpirat, & ad eam diſponitur per adiutoriũ gratiç Dei, nondum quidem inhabitantis, ſed tamen mouẽtis, ad debitum ordinem reparatur, etſi nondum ſit ſeparatus, propterea poteſt diutius eſſe abſque lapſu in peccatum mortale, quàm alij. Nullum tamen peccatum ſiue commiſsionis, ſiue omiſsionis poteſt aſsignari, quod peccator non liberè faciat, quodque proptereà non poſsit euitare. Quicumque actus peccati occurrant, AD NVLLVM ISTORVM NECESSITATVR eſt peccator (cum inueniri non poſsit per quid ea neceſsitas illi inducatur) ergo quemcumque faciat, eum ita liberè facit, vt eodem tempore poſsit illum non facere, licet non credamus quod ſemper hoc poſsit ſolà naturali ſua virtute. ---- Quod non poſsit omnia peccata vitare, non eſt per aliquam neceſsitatem ei intrinſecam, quâ ſit adſtrictus vel neceſsitatus aliquod eorum committere, ſed partim per fragilitatem & mutabilitatem liberi eius arbitrij, quod eo eſt ad bonum inconſtantiũ, & ad malum procliuius, quò diutius ſibi relinquitur, non adiutum gratiâ; partim propter tædium, quo afficitur, & defatigationem quâ debilitatur reſiſtendo multis tentationibus, & peccatorum occaſionibus, quæ frequentiſsimè occurrunt. Ita enim facillimè contingit, vt præ laſsitudine ſue incumbat non quod abſolutè non poſsit diutius reſiſtere, ſed quod in tanta animi laſsitudine & tentationum varietate, non contingat hominem

De hâc neceſſitate peccandi, ſeu impotentia vitandi peccata OMNIA collectiuè intelligendæ ſunt ſcripturæ & Patres, non quod vllum ex ſingulis *neceſſario fiat* & peccatum ſit. Si non poſſit ſolis naturæ viribus aliquod ex ſingulis vitare, non deeſt gratia Dei, vel peccantis ſola cauſa & radix, quam potuit vitare.

hominem diu reſiſtere. --- Ratio autem peccati & voluntarij, atque adeò imputabilitatis, non poſtulat vt quis poſſit vitare omnia peccata collectiuè, SED TANTVM VT SINGVLA.

DAMNATVS ART. XX.

138. Nullum eſt peccatum ex natura ſua veniale, ſed omne peccatum meretur pœnam æternam.

Imò nullam pœnam mereri peccatum *quod ex neceßitate fit*, euidens eſt conſequentia, quâ ſibi hæretici omnes blandiuntur: imo nullum eſſe mortale, clariſſimum eſt, ſi nullum à neceſſitate liberum eſt, ideò enim peccatum primi hominis eſſe mortale aſſerunt, quia à neceſſitate liberum: vbi nulla libertas à neceſſitate, ibi omnimoda neceſſitas, quæ nullam patitur legem, nullam obligationem, nullam fractionem legis, nullum mortale peccatum, proinde nec veniale pœna dignum: nulla pœna æterna pro peccatis ex neceſſitate commiſſis, niſi mitiſſima illa paruulorum, dubiaque. Huc recidunt damnati art.

ANTITHESES ESTII.

PATER ob leue delictum non poteſt filium exhæredare: ergo nec Deus ob leuem culpam excludere iuſtum ab hæreditate regni cæleſtis. Ergo datur veniale: quod hominem Deo inimicum non conſtituit, nec à gratia Dei excludit, nec finem vltimum tollit, nec meretur æternam pœnam, ſed temporalem. In 2. d. 42. §. 5.

ANTITHESES SYLVII.

CERTVM eſt aliqua dari peccata, quæ non ex ſola Dei miſericordia, ſed ex natura ſua, tantum ſunt venialia: quæ ſcilicet Deum quidem offendunt; at non vſque ad amicitiæ ipſius diſſolutionem. --- Non omnia peccata irreparabiliter repugnant ordini diuinæ iuſtitiæ, per contrarietatem ad ipſum ordinis principium, ſeu ad vltimum finem, ſed aliqua tantùm per contrarietatem ad ea quę ſunt ad finem; puta cum homo etſi nimis ad rem temporalem aliquam afficiatur, non tamen ſic quod pro ea vellet Deum, aut eius amicitiam peccando deſerere. Huiuſmodi ſunt peccata venialia, quibus proinde non debetur pœna æterna, ſed temporalis. --- Ex quibus facilè intelligas Pium V. & Gregor. XIII. meritò condemnaſſe art. hunc 20. *Nullum eſt peccatum* &c. Nempe in amicitia humana, quędam ſunt leues offenſę, quibus amicitia non ſoluitur; ergo ſimiliter in diuina. Nam voluntas humana quandoque fertur in ea, quæ in ſe quidem continent aliquam inordinationem, non tamen contrariantur dilectioni Dei vel proximi, vt riſus ſuperfluus &c. nec per qualecumque peccatum fit vt homo non diligat Deum ex toto corde; etſi qui venialiter peccat, non diligat Deum eo actu quo peccat, nimirum ſi iuſtus eſt, eum diligit habitualiter, ſic vt eius amori nil præponat vel adæquet, cùm retineat Deum pro vltimo fine, nec aliquid facere vellit, quo eius amicitiam violet, & habitualis charitas excludatur &c. ergo aliqua ſunt peccata ex natura ſua venialia. In 1. 2. q. 88. ar. 1. & 37. ar. 5.

CAP. XIII.

Digitized by Google

CAPVT XIII.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Gratiam Chriſti non eſſe ſufficientem ad implenda præcepta.

DAMNATVS ART. LII.

139. DEFINITIVA hęc ſententia, Deum homini nil impoſſibile præcepiſſe, falsò tribuitur Auguſtino; cùm ſit Pelagij.

Quaſi verò ſint quædam homini præcepta, ſecundum ſtatum & vires in quibus eſt conſtitutus, impoſſibilia; nec adſit gratia, quâ præcepta illa implere ſufficiamus: & impotentia implendi præcepta reperiatur etiam in iuſtis, qui gratiâ Dei neceſſariâ deſtituantur, antequam liberi arbitrij defectu Deum deſerant: & ad impoſſibile Deus obliget contra regulam iuris 6. in 6.

Fidelibus, & iuſtis, qui charitatem Dei ſuſceperunt deeſſe gratiam Chriſti ad ſeruanda mandata, etiam quando volunt, & adeſſe impotentiam ipſa ſeruandi, quis credat?

ANTITHESES ESTII.

Q*VIS non clamet, ſtultum eſſe, pręcepta dare ei, cui liberum non eſt quod præcipitur facere? & iniquum eſſe damnare, cui non fuit poteſtas iuſſa complere?* ait Aug. l. de fide cont. Manich. *Peccati reum teneri quenquam, quia non fecit quod facere non potuit, ſummæ iniquitatis eſt & inſaniæ* &c. l. de duab. anim. c. 11. 12. *Nemo peccat in eo quod vitare non potuit*; ibid. & de vera relig. c. 14. *Deus nil præcipit homini impoßibile*, vt habet Synodus Trid. *ſeſſ. 6. c. 11.* ac ſanè ſtultum & abſurdum eſt id alicui pręcipere, quod non eſt in eius poteſtate, atqui pręcepit nobis Deus, vt nullum legis pręceptum transgrediamur, ſeu vt omnia ſeruemus non tantum ſingula: ergo ſi in poteſtate & viribus naturę noſtræ non eſt id præſtare, dicendum cum S. Tho. ea quę poſſumus cum auxilio diuino, non eſſe nobis omninò impoſſibilia ex 3. Eth. c. 3. *Quę per amicos poſſumus, aliqualiter poſſumus*: ideò Triden. cit. addit ex Aug. *Deus iubendo monet, & facere quod poßis, & petere quod non poßis, & adiuuat vt poßis.* ---- Poſſibile non vno modo dicitur; nec æqualiter obſeruatio legis eſt poſſibilis homini iuſto iam habenti habitū gratię & virtutum; & homini peccatori, fidem tamen habenti, quæ monſtret ac doceat, vnde petendum ſit auxilium; & homini infideli, qui tamen inuitatur ad fidem per Euangelij prædicationem: denique & homini pagano, qui de fide & gratia Dei ad legem eius ſeruandam neceſſariâ, nil vnquam audiuit. Primus enim poteſt totam legem ſeruare potentiâ valde propinqua & quidem cum actu coniuncta: præſtat enim id reipſa. Secundus id poteſt potentia minus propinqua: tertius potentia remotiore: quartus remotiſsima in hoc genere: qui tamen ſimpliciter poſſe non abſurdè dicitur: quia & poteſt ei prædicari Euangelium,

In 2. d. 24. § 9. & 26. § 41.

Omnes illuſtrationes & inſpirationes, quæ non deſũt infidelib. ſunt gratia Chriſti, ad cuius fidem diſponunt remotiſſimè. Infideles carere gratia ſufficienti ad ſalutem, tam proxima, quã remota, & omnibus principijs eius, non eſt bene ſentire de gratia Chriſti, & copioſa redemptione. Homini pagano eadem auxilia, quæ ſufficiunt vt cognoſcat Deum per *viſibilia quæ facta ſunt*, ſufficiunt ad timorem Dei concipiendum; illuſtrationes verò & inſpirationes ſupernat. quoad rem vel modum diſponentes remotiſſimè ad fidem ſufficiũt ad legem aliquatenus implendam, quæ auxilia Dei, ſi non abijceret, dum à virtute deficit, mereretur vlteriora; quæ & à creatore ſuo, quem lumine naturæ nouit, ſeque egenum, petere poteſt.

lium, & cætera adhiberi, per quæ Deus ſolet homines vocare ad fidem & iuſtitiam, & habet homo talis liberum arbitrium adhuc flexibile ad bonum, vt indicat Aug. quoties docet, ideo non eſſe Dei pręcepta homini impoſſibilia, quia poteſt natura eius ſanari per gratiam, qua pręcepta impleat. Quod idem declaratur ex ſtatu viatorum, de quibus vtique, dum in via ſunt, non eſt deſperandum quin per media diuinitus ordinata poſſint ad gratiam fidei ac iuſtitiæ, Deo miſericorditer eos vocante, peruenire.--- Hic proprijſſimè gratia vocatur beneficium, quod non modò indebitum eſt, ſeu naturæ ſeu iuſtitiæ meritum ſpectes, verum tale quod indigno & malè merenti confertur. Quæ propriè gratia Chriſti & miſericordia vocatur in ſcripturis. Ad hanc pertinet omne beneficiorum genus, quibus homo liberatur à morte ęternâ & ad ſalutem promouetur, vt docet *Aug. de bono perſeu. c.* 14. In 1. d. 40. §. 6.

140. Præceptum & impoſſibile repugnant. Si quid enim præceptum eſt, faciendum eſt, cum præceptum non ſit aliud quam regula agendorum: quod autem impoſsibile eſt, non eſt faciendum: nam poſsibilium ſolummodo hęc diuiſio eſt, vt eorum alia facienda ſint, alia non facienda. Item: Lex omnis datur voluntati, non ob aliud quàm quia voluntas ſeipſam mouere poteſt in id quod præcipitur: quâ ratione ſublatâ deſinet ratio legis. Item. Meritò inter homines ille qui alteri aliquid impoſsibile iuberet, vel tale quid ab eo exigeret, rem abſurdam & à ratione alienam facere iudicaretur: multò igitur magis à Deo abſurda illa præcipiendi ratio remouenda eſt. Hinc regula iuris: ***Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*** Certiùs id nos docet Scriptura. ***Deut.*** 30. admonens, non modò poſsibilem, ſed & facilem eſſe legis diuinę obſeruationem. ***Matth.*** 11. 1. ***Ioan.*** 5. ***Pſ.*** 18. Quod enim naturæ & legi impoſsibile eſt, poſsibile facit, imò & præſtat gratia Dei per Chriſtum: ita Aug. de nat. & gra. c. 69. EO IPSO QVO *firmiſſimè credimus, Deum iuſtum & bonum, impoſſibilia non potuiſſe præcipere admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus.* --- Manifeſtum eſt Patres, negantes ſine gratia poſſe Dei legem à nobis impleri, locutos fuiſſe de lege Dei, etiam quoad eam partem quâ naturalis tantum eſt: *in* 2. *d.* 20. § 40.

In 1. d. 27. §. 6. Deū homini nihil præcepiſſe impoſſibile.

Lex naturalis data eſt poſſibilis: non eſt poſſibilis ſine gratia: ergo gratia Dei data eſt ad obſeruandā legem naturalem, ſaltem ſufficiens.

141. Homo autem faciens quod in ſe eſt, ſeu quod in ſua eſt poteſtate cum adiutorio gratię Dei ipſum mouentis, conſequetur gratiam vlteriorem, fidem explicitam & perfectā, ſi prius tantum implicitam & imperfectam habebat; inde gratiam iuſtificationis vel eius augmentum: hic ſenſus Catholicus eſt, *S. Th.* 1. 2. *q.* 109. *ar.* 6. *ad* 2. ſcilicet quod nihil homo poteſt facere niſi à Deo moueatur; & cum dicitur facere quod in ſe eſt, dicitur hoc eſſe in poteſtate hominis ſecundum quod eſt motus à Deo: eundem ſenſum indicat Catech. Rom. tit. de gradib. orat. *Quibuſdam, qui nondum fidei lumen acceperunt, vt Cornelio, diuina benignitate exiguum illorum naturæ lumen accendente, eos ſic excitari ad ſtudium veritatis, quam vt doceantur ſummis precibus petunt: qui ſi manent in voluntate, à Dei clementia eorum ſtudium non repudiatur. Nemini enim id ex animo petenti clauſæ ſunt fores diuinæ benignitatis.* Certum eſt autem hominem non petere, nec quærere, nec quidquā tale poſſe ſine auxilio gratię Dei, prout clariſsimè canon 6. Arauſi. nuſquā S. Tho. dicit, hominem ſine auxilio gratiæ Dei facere quod in ſe eſt, ſic vt per hoc dici poſsit præparatus

In 2. d. 25. § 35. Si homo non abijciat gratiā Creatoris vel Redēptoris iuuantem & ſufficientem ad obſeruantiam legis, conſequetur gratiam vlteriorē. Inſpirationes ad orandum ſuo loco & tempore datas, quæ eſt gratia Dei, abijciunt, qui mandata Dei ſeruare nolunt, nec poteſtatem illā ſeruandi. Gratia Dei præuenit impoſſibilitatem peccandi. ibid § 44.

ratus ad gratiam: quin potius expreſsè id negat *q.24. de Veri. ar. vlt.* --- Fuit quidem in Gentilibus, qui laudantur, vt Regulus ab Aug. *l.1. de ciui. c.* 15. & Polemon, *epiſt.*130. amor virtutis & iuſtitiæ moralis, non tamen qui ſufficeret ad ſuperandas tam graues in contrarium tentationes, niſi permixta ei fuiſſet humanę gloriæ cupiditas & amor ſui, id eſt, boni priuati proprięque excellentiæ qui cum ſit in omnibus à Chriſti fide alienis magis intimus, magiſque radicatus plus certé valuiſſe credendus eſt ad reſiſtendum magnis tentationibus quibuſdam, vt agnoſcit Poëta: *Vicit amor Patriæ, laudumque immenſa cupido.* --- Generaliter de Polemone quod dicit Aug. *quod melius in eo factum eſt, diuino operi tribuendum eſſe,* loquitur de auxilio neceſſario ad quodcumque morale bonum, & non ſpecialiter ad excellentiora virtutum opera: *Ipſius enim corporis, quod eſt infimum noſtrum, ſigna bona ſunt, ſicut forma, & vires, & ſalus, & ſiquid eiuſmodi eſt, non ſunt niſi ex Deo creatore & perfectore naturæ; quantò magis animi bona donare nullus alius poteſt? quid enim ſuperbius vel ingratius cogitare poteſt humana vecordia, ſi putauerit, cùm carne pulchrum faciat Deus hominem, animo caſtum ab homine fieri?* --- Ille propriè vincit peccatum, qui poteſt pertingere ad id, pro quo eſt pugna peccati, id eſt, ad vitam æternam; quod ſine gratiâ nemo poteſt, etſi potuerit ſine gratia tentationi reſiſtere.

Saltem amore laudis vitari poſſunt peccata exteriora, & ſeruari interiora pręcepta, quæ non habent ſpecialem diffic.

Quaſi vero Gentili nullum donum ſpeciale in ordine ad fidem obſcuram Dei Saluatoris aſſequendam conferre poſ-
ſit Deus, qui caſtum animum eius facere poteſt.

142. Nulla eſt dubitatio, quin gratia à Deo efficax agnoſci debeat ad ſingulos actus veræ pietatis, tam præcedentes quam conſequentes ipſam iuſtificationem, ita vt efficax dicatur gratia Dei efficacitate phyſica & propriiſſimè dicta: --- Manifeſtum quoque ex Triden. ſeſſ.6. can. 4. gratiam excitantem non conſiſtere ſine motione aliqua liberi arbitrij ad bonum, & tamen ſine ea conſiſtunt illuſtrationes & inſpirationes: multò magis conſiſtere poteſt animus immotus cum illuſtrationibus, quoad voluntatis affectum, ſi officium gratiæ excitantis eſſet tantummodo illuſtrare, admonere, ſuadere, animum pulſare: videlicet, ſi gratia excitans eſſet tantum gratia pulſans, ſæpe conſiſteret ſine conuerſione peccatoris: imò nunquam eam efficeret, niſi accedente nouâ & efficaci gratia, quæ voluntatem conuerteret: *ibid. diſt.*26. §.11. Nec vſurarij & fornicarij propter ſanctas inſpirationes & cogitationes, quibus eorum conſcientia ſubinde tangitur, laudandi ſunt, quamdiu eas conſentiente voluntate non ſuſcipiunt, ex Aug. *qu.1. ad Simpl.* ibid. d.32. §.5. Excitantis gratię effectus eſt velle, adiuuantis facere ac perficere; *Excitat enim gratia vt velimus, adiuuat vt faciamus,* ex Aug. ibid. §.11.

In 2. diſt. 28 §.2. Quo ſenſu gratia dicatur efficax.

Efficacia gratiæ eſt ipſum velle bonum & mandata exequi.

Datur gratia SVFFICIENS, quæ ſunt illuſtrationes cum velleitatibus & cõplacentia ſimplici. In 1. d. 41. §. 14.

Gratia ſufficiens, cu-
ius vſus ſit relictus in poteſtate liberi arbitrij vt ipſum det *velle* ſine vlteriore gratia actuali, malè fingitur in ſtatu innocentiæ ab auctoribus damnatorum art. multo magis reijcitur ab omnibus Catholicis in ſtatu hominis lapſi, ab Eſtio acerrimè *in Cenſuris* anni 1588. Reſpuitur gratia ſufficiens, quæ expectet priorem ratione concurſum liberi arbitrij ad efficaciam: non reijcitur illa gratia actualis ſufficiens, cuius inefficacia vlterior eſt defectus liberi arbitrij prior natura, quod ſuſpendit actualem gratiam, abijcitque reddendo ſua culpa inefficacem, quæ ex parte Dei eſt efficax.

143. Quod attinet ad diſtinctionem operationis diuinæ in Angelis, ſiue in homine integro & in homine lapſo, non poteſt ea ſic intelligi, vt non in illis æquè, vt in iſto Deus efficaciter omnem bonæ voluntatis motum operatus fuiſſe dicatur. Neque enim potentiæ & inclinationes naturales, etiam cum habitibus ſuperadditis, ita ſufficiunt, vt non ſit neceſſe huiuſmodi principia à primo mouente *ſupernaturali* ad ipſas actiones applicari, vt multis locis S.

cis S. Tho. Deinde ſi principia creationis ſufficiebant ſaltem cum adiutorio quotidiano, parato quidem homini, ſed non dante ipſum velle; cur non ſimiliter principia bene operandi, quæ homo lapſus accipit per Chriſtum, id eſt, virtutes & dona, ſufficiant ei iam reparato; cum ſimili adiutorio ad eliciendas bonas actiones, tunc ſaltem quando nullâ contraria concupiſcentię tentatione impugnatur? Donum habituale gratiæ in genere doni habitualis, eſt ſufficiens ad perſeuerandum; non ita tamen quin ad actualem perſeuerantiam opus ſit actuali Dei auxilio. Et §. 13. Si acceptatio gratiæ eſt ſolius liberi arbitrij, diſcernens electos à reprobis, cum per eam homo melior efficiatur, certè conſequens erit meliorem à ſeipſo fieri hominem, quam factus ſit à Deo --- Si adiutorium dicatur eſſe cooperatio Dei cum homine per auxilium ſpeciale, quâ Deus cooperetur homini ſi velit, non quâ fiat vt velit; cooperatio hęc & auxilium ſpeciale ſuſpendetur à conditione voluntatis humanæ, nec ipſa voluntas, id eſt, velle hominis ſubijcietur Deo, vt cauſæ operanti, ſed magis cooperatio Dei ſubijcietur hominis voluntati. Dicendum tamen quod Deus operatur in voluntate & natura, ſicut cauſa 1. in cauſis 2. ita vt operatio Dei non ſit ſuſpenſa à conditione alterius cauſæ concurrentis, quin potius ipſa 1. cauſa facit cauſas 2. operari; proinde Deus adiuuet hominem in bonis actionibus, vt ea cooperatio non dependeat ab ea conditione, ſi homo vellet, ſed potius hoc ipſum efficeret: *in 2. diſt. 26. §. 7.*

144. Manifeſtum quidem eſt, quòd omnis creata potentia defectibilis ſit, ita vt niſi cooperantem habeat potentiam increatam, ſtatim reipſa deficiat, vtpoté ab illa neceſſariò dependens, non ſolùm in exiſtendo, verum etiam in mouendo, ſeu operando; nec poſſit ab ea, vel minima actio procedere abſque cooperatione diuinæ potentiæ. --- De ipſa actione, cui malitia adhæret, peculiariter loquens *Anſelm. de concord. prædeſt.* Omnis inquit, *qualitas, & omnis actio, & quidquid habet aliquam eſſentiã, à Deo eſt, à quo eſt omnis iuſtitia, &* NVLLA INIVSTITIA. *Facit igitur Deus omnia quæ iuſta vel iniuſta voluntate fiunt, id eſt, bona opera & mala; in bonis quidem facit quod ſunt, & quod bona ſunt; in malis vero quod ſunt, ſed non quod mala ſunt: nulla res habet potentiam volendi aut faciendi, niſi illo dante ipſum quoque velle, quod aliquando iuſtum eſt, aliquando iniuſtum, à Deo eſt. Non eſſe verò bonum; non eſt quid, nec à Deo eſt.* Ita patet, omnes actiones & motus, etiam illos, qui peccatis inſeparabiliter adhærent, eſſe à Deo, vt Deus in omni actione & motu ſit intimè & principaliter agens: malitiam verò coniunctam, non in Deum, ſed in cauſam à Deo, ac à lege Dei deficientem eſſe referendam, ſcilicet in hominis vel Angeli voluntatem. Itaque actus mali non ſunt à Deo; non enim malitia à Deo eſt: *in 2. diſt. 37.* Nam potentia peccandi accipitur pro potentia deficiendi ab eo quod iuſtum eſt; nec propriè eſt potentia, ſed impotentia (nam poſſe deficere, ſicut poſſe ęgrotare, propriè non eſt poſſe aliquid, ſed magis non poſſe) nec eſt ex Deo, ſed ex creaturę ipſius imperfectione, quæ inquantum ex nihilo condita eſt, ex ſe habet, vt deficere, peccare, & in nihilum redigi poſſit: ex Aug. 14. de Ciui. c. 13. & l. 12. c. 1. & c. ibid. *diſt. 44. §. 1.*

145. Diligenter obſeruandum, de ratione liberi arbitrij eſſe libertatem contradictionis, ſcilicet vt poſſit agere & non agere: ac neceſſariò tenenda

eſt hęc

Poſſe peccare non eſt de ratione liberi arb. hominis: nec eiuſmodi potẽtia peccandi homini data eſt à Deo; *Cenſura Pariſ.* **partem 1. damnat falſitatis, ſecundam hæreſeos. Actus boni accedẽte perfecta rationis deliberatione durante per gratiam Dei actualem, connotata liberâ poteſtate deficiendi in libero arb. hac ipſa connotata durant actu mali, nec tribuuntur Deo, ſed libero arbitrio quod poteſt & debet deficere, deſiſtere, abſtinere ab huiuſmodi actibus: qui cum deficiant à lege Dei, debent per liberum arbitrium deficere ab exiſtendo. Voluntas deficit ab actibus bonis, abſtinendo; à malis, non abſtinendo; cum poſſit ac debeat prius ratione ab eis deficere quam Deus cauſa vniuerſalis.**

eſt hęc doctrina, quâ dicimus ad liberi arbitrij propriam rationem pertinere, vt ſit liberum à neceſſitate naturali, nec ſufficere, quod ſit liberum à coactione. Notandum quoque in Trident. ſeſſ. 6. c. 5. hominem dici *liberè conſentire diuinæ inſpirationi, quippe qui eam & abijcere queat*: Et can. 4. *Liberum arbitrium Deo excitanti & vocanti poſſe conſentire & diſſentire*: in 2. diſt. 24. §. 2. Ita conſtat Deum multa velle, ac multa etiam intelligere practico intellectu, quæ poſſet non velle & non intelligere; quorum actuum non tollitur libertas à Deo per hoc quod ſemper & neceſſariò viuit. Sicut mihi non adimitur libertas exiſtendi in hoc loco, per hoc quod neceſſario ſum in loco. ---- Rectè etiam dicit Aug. voluntatem, quâ beati eſſe volumus ſic, vt eſſe miſeri, ne velle quidem poſſimus, non debere negari liberam eſſe, quia poteſt actu non velle beatitudinem & ab actu ceſſare. *Ibid.* ---- Ex Aug. l. de duab. anim. c. 11. *Peccatum eſt voluntas.-- Vnde liberum eſt abſtinere*: ibid. § 9. Ex his quæ hactenus pro libero arbitrio dicta ſunt, manifeſtè patet, etiam in bonis operibus, quæ vtique ſine gratia Dei fieri non poſſunt, hominem eſſe liberum. Nam ſcripturæ ſignificant opera bona ſic ab homine fieri, vt poſſit ea non facere: *Manete in dilectione mea.* Ioan. 15. fruſtrà dictum fuiſſet, ſi non liberè, ſed neceſſariò permanſuri erant. Idem iudicium de cęteris præceptis, monitis, adhortationibus ad virtutum opera, quorum nullum ſit quod ſine gratiâ Dei præſtari ab homine queat. ---- Primus Angelus & primus homo ita ceciderunt, vt ſtare poſſent: boni vero Angeli ita ſteterunt, vt cadere poſſent: ergo & nunc poſt lapſum homines ita agunt bene vel malè, vt poſſint non agere; & proinde retinent liberum arbitrium, non obſtante eo quod nil bene agant ſine gratia Dei; quandoquidem nec Angelus, nec primus homo perſeuerare, aut omninò bene agere quidquam potuit ſine gratia Dei: ibid. §. 13. ---- *Cum aliquid mouet ſeipſum, non excluditur, quin ab alio moueatur, à quo habet hoc ipſum quod ſeipſum mouet*: S. Tho. qu. 3. de malo, ar. 2. & qu. 6. ar. 1. ad 3. *Deus mouet voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis mouentis,* QVÆ DEFICERE NON POTEST: *ſed propter naturam libertatis motæ, quæ indifferenter ſe habet ad diuerſa, non inducitur neceſſitas, ſed manet libertas*: ibid. §. 14. Nec putetur auxilij gratiæ ſubtractio eſſe pœnam præcedentis alicuius peccati; cum id de Angelo & primo homine dici nullo modo poſſit; *in* 1. *diſt.* 40. *ar.* 12. Tamen per Aug. *l.* 12. *de Ciui. c.* 19. *Boni æqualiter creati ſunt Angeli; & malis mala voluntate cadentibus, boni amplius adiuti ad beatitudinis plenitudinem peruenerunt.*

Liberum eſt cauſæ 2. abijcere actualem gratiam, etiamſi non fuerit liberum efficere actum gratuitum infuſum. Deus eſt liber in rebus cōſeruandis, quia poteſt ſuſpēdere conſeruationem: ego liberè hic exiſto, quia poſſum deſinere & abire. Libertas ceſſandi ab actu ſufficiens eſt ad peccatum & meritum. Infundat Deus actum ſupernat. ſimplicis complacētię, aut abſolutum velle, liber eſt cauſæ 2. ſi liberè ſuſpendi poteſt, etſi liberè non ſit elicitus, ſed per modū naturę infuſus. Vterque liberè defecit ab actu infuſo charitatis, nunc homo ab inſpiratis actibus præceptis, aut à complacentia eorum deficit, & peccat. Ab actu bono Deus prius ratione non deficit, etſi poſſit, à malo prius ratione deficit, ſi nolit permittere. Sine dubio primus homo cum Angelis reprobis habuit auxilium ſufficiens ad implenda mandata, & inefficax ipſorum vitio. Non permiſit Deus deficere bonos Angelos; qui ſibi relicti cecidiſſent.

ANTITHESES SYLVII.

Pro gratia ſufficiente ad obſeruanda præcepta.

146. DEVS in Angelorum & hominum vita primo voluit oſtendere, quid poſſet eorum liberum arbitrium gratia inſtructum, ſed non adiutum; deinde quid poſſet ſuæ gratiæ in bono confirmantis beneficium, quod facit actualiter perſeuerantem. ---- Deinde Aug. *l.* 12. *de Ciuit. c.* 6. de duobus

In 1. *p. q.* 62. *ar* 3. Conſtat aliquis gratia actuali, & non de-

Digitized by Google

duobus æqualiter affectis, & æqualiter circa eandem corporis pulchritudinem tentatis, qua viſa vnus in bono ſtabilis perſeueret, alter impudicè moueatur, dicit nihil aliud apparere, quod in eis faciat diuerſitatem, niſi quia vnus voluit, alter voluit à caſtitate deficere. Sed ſub voluntate comprehendit concluſionem iudicij practici, vtpotè cui inſeparabiliter coniuncta eſt voluntatis acceptatio: dicuntur enim æqualiter animo & corpore affecti, quoad totum id quod præcedit hanc voluntatem, iudicio vltimo coniũctam: 1.p.q.83. ar.3.qu.1. In primis ergo cauſa libera ſemper retinet facultatem ad non agendum, etiam tunc quando per vltimum iudicium practicum præſentatur ei obiectum. Quod voluntas pendeat ab intellectu, nil refert, cum & ipſe intellectus pendeat à voluntate, quoad exercitium. Quod abſolutè eſt minus bonum, poteſt abſque errore propter aliquam circumſtantiam nunc iudicari, eſſe hic & nunc magis bonum, ſeu magis eligendum: quamdiu autem ratio neutrum alteri præponit, non erit electio. Sed duo obiecta re & conceptu prorſus æqualia diutius perſeuerare poſſe, non concedimus, cùm in promptu ſit ſtatim aliquid conſiderare in vno, quod non conſideratur in altero: *ibid.* Si Dicas; in vltimo fine communi notione apprehenſo nihil poteſt apparere mali: ergo voluntas neceſſitatur ad illum appetendum etiam quoad exercitium. Reſp. neg. conſeq. Vt enim remaneat libertas exercitij, ſatis eſt quod ceſſatio ab actu circa tale obiectum poſſit appręhendi tanquam aliquod bonum: nam ſi habuerit bonum ſibi euidenter & perfectè ab intellectu propoſitum ſecundum omnem rationem boni, ita vt in eo nec vlla ratio mali poſſit apparere, nec in ceſſatione ab actu vlla ratio boni, neceſſariò mouetur in illud, ſcilicet in Deum clarè viſum, ex natura & inclinatione voluntatis. Dici etiam poteſt quod hæc neceſſitas proueniat à Deo vt authore naturæ, & inclinationem hanc voluntatis efficienter operante: *in 1. qu. 82. ar. 2.*

ficientia arbitrij: cadit alter libera deficientia arbitrij, immutante intellectus iudicium: etſi gratiam actualem habeat ſufficientem ex parte arbitrij. Voluntas non neceſſitatur quoad exercitiũ nec à beatitudine communi notione appręhenſa, etſi in ea non poſſit apparere aliqua ratio mali: quãto minus neceſſitabitur à gratia efficace? ergo ceſſando ab actu red-
det gratiam inefficacem, ſeu ſufficientem ex parte arbitrij.

147. Gratia excitans non conſiſtit in ſolis diuinis ſuaſionibus, illuſtrationibus, inſpirationibus, aut ſimilibus, ſiue externis ſiue internis, quæ vel ſenſibus, vel intellectui proponantur: ſed quando hę coniunctum habent aliquem bonum motum voluntatis, hic & illę pertinent ad gratiam excitantem: quæ eſt actualis motio, qua Deus ante omnem liberę noſtræ voluntatis actum nos mouet, vt vel ab infidelitate ad fidem, vel à peccatis ad pœnitentiam, vel ab otio & quiete ad actum conuertamur, & reſurgamus. Adiuuans gratia eſt illud Dei donum, quo homo excitatus adiuuatur, vt perfectiûs velit, quod velle incepit, vtque perficiat, quod iam volebat; huius effectus eſt cooperatio liberi arbitrij operiſque perfectio: illius eſt pia affectio, ſanctum deſiderium &c. *in 1. 2. qu. 111. ar. 3.* Gratia verò habitualis, virtuteſque infuſę, non ad hoc dantur vt ijs habitis non indigeamus vlteriori auxilio ad bene agendum: nec debet Deus dare auxilium gratiæ actualis his, quibus dedit gratiam habitualem virtuteſque infuſas, cum voluntas non ſit per eam gratiam determinata ad agendum, ſicut res naturales ſunt per ſuas formas determinatæ, ſed maneat indifferens; & iſtud auxlium ſit vera propriè que dicta gratia, ac per conſequens gratuitò detur, & non ex debito. Nam opera pietatis, cum ad finem ſupernaturalem ordinentur, terminum naturæ excedunt,

Hæc eſt ſufficiens vnàque efficax in genere gratiæ excitantis, ſuntque illuſtrationes ſupernat. ijſque connaturaliter connexæ velleitates ſeu complacentiæ de obiecti bonitate. At ſuper his opus eſt prece, & merito indeficientis complacentiæ ad *velle ab-*
ſolutum impetrandum ſeu actualem gratiam adiuuantem. Neque enim habituali gratiæ eſt debita excitans actualis, nec excitanti adiuuans ſeu operans. Voluntas etſi infuſam habeat velleitatem ſupernat. pari auxilio eget ad velle abſolutum ſupernat.

Digitized by Google

excedunt, vel quantum ad modum quo fiunt, vel etiam quantum ad ſubſtantiam; & propterea cuius mens fuit per habitualem gratiam ſanata ſeu reparata, ſupernaturali Dei auxilio indiget ad illa facienda: in 1.2. qu. 109. ar. 9. qu. 1. Hinc frequentiſſimum eſt apud Patres, quod Deus *operatur vt velimus, & facit vt faciamus*: qu. 2.

148. Quilibet iuſtus habet gratiam ſufficientem, qua poteſt; tum orare, tum alia bona opera facere, ipſam ſcilicet gratiam iuſtificantem, & virtutes infuſas, frequenteſque inſpirationes, excitationes, motiones; quibus ſi (vt cum gratia Dei poteſt) bene vtatur, Deus in eo perficiet, quod cœpit, dabitque vlteriora ad perſeuerandum auxilia: Ideò, orare & bona opera facere eſt in eius per diuinam gratiam poteſtate; & ſi vel non oret, vel bona opera facere omittat, ſuo vitio non orat, & ſua culpa omittit: 1. 2. qu. 109. ar. 10. qu. 1. Prima eiuſmodi ſancta deſideria, primęque voluntates credendi, pœnitendi, ad Deum reuertendi, à ſolo Deo immittuntur, non ſolum quando homo nihil de iſtis cogitat, ſed etiam interdum quādo actualiter repugnat: ideoque ſola gratia dicitur talem actum operari, non quod ſine libero arbitrio operetur; ſed quia inclinat ad talem actum per modum cuiuſdam naturæ, & ita eſt principalis cauſa. Quamuis enim voluntas in prima ſua volitione velit, & volitionem ipſam efficiat, non tamen facit ſe velle aut ſe cauſare volitionem, ſed ſolus Deus. Ita vt gratia operans iuxta Aug. dici poſſit, quę operatur primum initium bonæ voluntatis in nobis nil tale petentibus; Cooperans, quæ boni aliquid in nobis efficit; ſed ad illud per præcedentem Dei gratiam adſpirantibus, deſiderantibus, conantibus, petentibus, *in 1.2. qu. 111. ar. 2. qu. 2.*

Gratiam ad orandum ſufficientem ex parte liberi arb. quis neget, etſi defectum liberi arb. non ſuperet efficacia ſuâ? Gratiam actualem ſeu actum Deus primum efficit, eiuſque actûs dominiū relinquit libero arb. vt poſſit abijcere illum, vel non abijciendo dignum vlterioris gratiæ ſe præſtare.

149. Gratia ſufficiens eiuſmodi, pręter quam ex parte Dei nihil requiratur neceſſarium vt homo actu credat Deo, diligat Deum, bene operetur, vel in bono perſeueret, non datur: nam conſequens foret, vt qui eam haberet, non deberet orare Deum pro vlteriore gratia; nec efficax à Deo eſſet neceſſaria; vel ipſam, quæ eſt ſufficiens, liberum arbitrium redderet efficacem, ſine auxilio Dei vlteriore. Sequitur ergo non dici aliquod auxilium ſufficiens, quia includat in ſe totum quod requirit ad actualem operationem: vnde ſecluſo omni impedimento, & omni reſiſtentia ex parte ſubiecti recipientis tale auxilium, adhuc vt ſequatur operatio, eſt neceſſarium quod ſuperueniat auxilium efficax; quod nec eſt debitum ex vi auxilij ſufficientis, nec ex vi non reſiſtentiæ, ſed ex miſericordia Dei confertur. Quoniam verò cum de gratia ſufficiente agitur, promptum eſt eam intelligere iuxta hūc modum, quæ ſcilicet ſe ſola ſufficit, vt quiſpiam bene velit & bene operetur, ideo quando negauimus, dari gratiam ſufficientem, quæ non ſit efficax, de ſufficiente iuxta modum hunc proceſſimus, & proceſſit Bartolomæus Petrus Lintrenſis in dub. 3. ad hunc art. ſcribens: *Auxilium Dei ſufficiens dicitur, præter quod non eſt aliud ex parte Dei neceſſarium ad illum effectum, cui conſequendo deſtinatur*: Si enim actu quis habeat omnia prorſus auxilia, quæ ad piam actionem exercendam neceſſaria ſunt, iam non eſſet gratia ſufficiens tantùm, ſed efficax.

Huiuſmodi gratia ſufficiens ſtatus innocentiæ impugnata eſt c. 4.

Datur gratia inefficax ſeu ſufficiens ex parte hominis v. g. panis famelico ſufficit à Deo datus: at ſi placentam velit, panē nolit, panis non erit auxilium ſufficiens ex parte Dei, quia vt efficaciter iuuetur, malitia hominis eget placenta, & ipſam Deus dare poteſt, & longè maius donum eſſet. Ita ex malitia hominis fit, vt priorem gratiam abijciat, actum infuſum non foueat, pro vlteriore auxilio non oret; quem defectum gratia Dei ſuperare poteſt, non permittendo gratiam actualem abijci, vel eriorem infundendo &c. quæ ſunt efficacia auxilia, & neceſſaria, non abſolutè, ſed ſuppoſita malitia hominis.

150. Datur

150. Datur gratia ſufficiens, quæ etſi ſe ſola non ſufficiat ad actualiter credendum diligendum &c. ſufficit tamen, vt per eam homo reddatur potens credere, diligere & ooperari; ita vt quidem præter eam aliquid aliud ſit neceſſarium ad actualiter credendum, diligendum, vel bene agendum, ſcilicet gratia efficax, quæ tribuit bene operari, nihil tamen requiritur ad tribuendum poſſe operari. Nempè Deus aliqua auxilia gratuitò tribuit, quibus etſi homines actualiter non conuertantur, per ea tamen redduntur potentes ad ſe conuertendum & ad bene viuendum: nam in ipſis cauſat interiores illuſtrationes, pia deſideria, bonos affectus, quibus homo bene vti poteſt, *ſi velit*, quamuis non ſemper bene vtatur, ideoque ſe indignum reddat ad accipiendum gratiam vlteriorem, & ita ſibiipſi ſit cauſa perditionis. --- Reuera autem omnis gratia eſt efficax alicuius effectus, eius ſcilicet ad quem proximé ordinatur, & quem Deus abſoluta voluntate intendit; quamuis non ſit efficax alterius effectus, eius ſcilicet ad quem vlterius tum ex ſe, tum ex voluntate Dei antecedente ordinatur. --- Illud tamen *velle* non eſt exſpectandum ex ſolo libero arbitrio (ne quis in ſe glorietur, & non in Domino) neque ex ſola gratia ſufficiente; nam efficere *velle* ad efficacem gratiam pertinet. --- Conſiderandum quippe eſt, gratiam vocari ſufficientem, ſiue ad conuerſionem, ſiue ad aliam operationem Sanctam, non quia ſufficiat per ſeipſam ſine quocumque alio talem elicere operationem, ſed quia per eam ſufficienter actuatur in ratione potentiæ ad operationem eliciendam: plus tamen requiritur ad operari quam ad poſſe operari: *in 1. 2. qu. 111. ar. 3. qu. 3.*

Reddit homo inefficacem, ſeu ſufficientem tantum, affectum bonum, quãdo ipſum abijcit, nec cum ipſo orat pro vlteriore & efficaciore affectu quē Deus infundere paratus eſt, ſi priorem gratiam hic non abijceret. Sufficiens eſt ſeipſa actualis gratia vt conſeruetur à libero arbitrio ſeu non abijciatur: at ipſa duratio actus eſt æquiualenter noua gratia, ſcilicet non permiſſio defectionis, pro qua orandum. Saltem venitur ad aliquem bonum actum, quem non ſuſpendere poſſet libertas, & habet rationem cauſę 1. in deficiendo.

151. Ergo legis obſeruatio aliquo modo pendet à noſtra voluntate, ſic vt nullus eam ſeruet niſi velit, non vt abſque gratia poſſit quis legem ſeruare, aut eius obſeruationem eligere: nam *certum eſt*, ait Aug. de gr. & lib. arb. c. 16. *nos ſeruare mandata ſi volumus, ſed quia pręparatur voluntas à Domino.* Prou. 8. *Ab illo petendum eſt, vt tantum velimus, quantum ſufficit vt volendo faciamus. Certum eſt nos velle, ſi ille faciat vt velimus bonum* &c. ibid. qu. 109. ad 2. Hinc varijs ſcripturæ locis monemur perſeuerantiam à Deo eſſe petendam, Matt. 26. *Orate ne intretis in tentationem*, ne tentationi ſuccumbatis. --- Quod & primus homo indiguerit gratia ad perſeuerandum, ipſe Aug. claré affirmat, de corrept. c. 11. epiſt. 106. de nat. & gra. c 48. Enchir. c. 106. Cęterum ſi homo iuſtus & integer egebat auxilio gratiæ Dei ad perſeuerandum, quantò magis homines infirmi ac ſauciati? Omne illud quod natura ſua eſt variabile, indiget auxilio alicuius mouentis immobilis, vt figatur in vno: at homo etiam exiſtens in gratia habituali, remanet variabilis & flexibilis de bono in malum, & de malo in bonum: ergo vt figatur in bono in eoque perſeueret, indiget auxilio Dei mouentis & dirigentis: ita B. Tho. 3. con. gen. c. 155. Ad perſeuerantiæ donum pertinet, quod in homine iuſto etiam tunc cùm nihil agit, gratia conſeruatur, ſi conſeruatur vſque ad mortem: ita vt tota iuxta modum partium, ſit ſpeciale donum Dei: nam vt iuſtus bene operetur, opus eſt auxilio quod faciat bene operari, vt nolit peccare, opus eſt auxilio quod faciat ipſum id nolle; vt tentationem ſuperet, opus eſt auxilio quod det ei vires

Quis peccator, neget in ſua eſſe poteſtate oratiunculam in cælum eiaculari? hinc auxilia, quibus qui deſtitui vult, iam peccare vult in omiſſione orandi. Quis non fatigatur continuãdo actum quantumuis iucundum? multò magis ſupernaturalem facilè abijciet, & abrumpet ſeriem actuũ parteſque perſeuerantiæ. Tota hæc & ſingulæ partes perſeuerantiæ ſunt actus infuſi à Deo auctore ſupernat. à quibus facili lapſu deficit cauſa 2. libera, Deumque prima deſerit ſeu Dei motionem.

vires ad reſiſtendum & vincendum; vt ceſſet ab omni malo, & vt ita ceſſans perſeueret in bono, opus eſt auxilio, tum conſeruante gratiam, tum auertente tentationes & impedimenta, quæ illam ab omni malo ceſſationem poſſent impedire.

152. Gratiam autem, quam homini Deus dat *actualem*, non retrahit, niſi homo priùs ſe ab ea retrahat, ac bonis inſpirationibus & cogitationibus à Deo immiſſis non reſpondeat. Ille tamen ſolus Deum deſerit ſimpliciter & propriè loquendo: qui peccat mortaliter, ab eo tanquam vltimo fine auertitur, ab eius amicitia recedit, creaturam in amore ipſi præponit vel æquat: non ſunt cenſendi Deum propriè deſerere, qui retinentes iuſtitiam peccant venialiter: conſequenter nec Deus ſimpliciter illos deſerit, quamuis non eis det auxilium actuale, quo venialia illa vitent, ſed permittat eos peccare; quia non deſinit iuſto dare auxilium in ſuo genere ſufficiens, quo poſſit non peccare venialiter, ſcilicet pios animi motus, &c. nec Deus tenetur iuſtum & amicum aliter adiuuare. Si Deum deſerere iuſtum perinde ſit, ac ei non auxiliari gratia efficaci ad vitandum mortale; nec ſic dicendus Deus *prius deſerere iuſtum quam deſeratur*, deſertione latius accepta: nam quodammodo priùs deſerit Deum iuſtus, quatenus gratiam ſibi datam negligit, ea non bene vtens, ſicut cum Dei munere poſſet. Et quia aliquam ſimilem negligentiam ſeu culpam ſemper admittit iuſtus, priuſquam ipſum ſinat peccare mortaliter; ideo etiam iuxta hunc modum verum eſt, quod *Deus iuſtum non deſerit niſi prius deſeratur*: idque omnino concedendum illis verbis Triden. c. 13. *Deus niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle & perficere*, vbi manifeſtè loquitur de gratia actuali. Deeſt enim gratiæ Dei, qui bonas inſpirationes, ſalutares cogitationes, pios animi motus &c. ſibi à Deo immiſſa negligit, non vtens illis ſicut ex diuino munere poſſet. Et quia Deus hominibus in gratia conſtitutis frequenter talia ſubminiſtrat, alia inſuper largiturus, ſi priora non neglexerint, ideo veriſſimum eſt, quod *niſi ipſi diuinæ gratiæ defuerint, Deus ſicut cœpit ipſe perficiet*. Eſt autem tam hæc quam altera Concilij ſententia conformis Scripturæ: 1. Paralip. 15. *Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum, inuenietis*: Si autem *dereliqueritis eum, derelinquet vos*: Et Pſal. 38. *Dominus amat iudicium, & non derelinquet ſanctos ſuos*: in 1. 2. qu. 109. ar. 10.

Explicatur illud: *Deus iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur*: ex Triden. Aug. ſeſſ. 6. c. 11.

Actualem gratiam Dei prius deſerit iuſtus, actũ abijciendo quam ab ea deſeratur, eſt enim prima cauſa in deficiendo.

Non vtitur gratiâ actuali, qui ab ea deficit, quod libertatis proprium eſt. Quid ſit actuali *gratiæ deeſſe*, niſi deficere ab eà, deſiſtere ab actu &c. quæ deficientia eſt prima in cauſis neceſſarijs, quarum conſeruationem Deus non deſerit, niſi deſeratur earum deficientia naturali; à cauſa 2. libera deſeritur liberè.

153. Quoniam in ſacris litteris omnibus iuſtis præcipitur vt perſeuerent, & Deus nihil præcipit impoſſibile, conſequens eſt omnes iuſtos poſſe abſolutè perſeuerare in gratia accepta, ſi velint, cum ſpeciali auxilio Triden. can. 22. ſeſſ. 6. etiam tunc quando conſiderantur ſine actuali auxilio gratiæ ſpecialis: quod quamuis non ita ſit in poteſtate hominis iuſti, quaſi vel ſubſit eius poteſtati naturali, vel ex ſe poſſit habere ſeu deſiderare iſtud auxilium, ad quod deinde ipſum ſequatur: poteſt tamen quilibet iuſtus illud impetrare per vigilias, eleemoſynas, ieiunia, aliaque bona opera, *ex Trident. c. 13.* & ſpecialiter per orationes, de quibus Aug. luculentè l. de dono perſeu. c. 7. & 6. Ex quo ſic ratiocinari poſſumus: Nemo dicet, quod homo non poſſit à Deo obtinere illa, quę ipſe voluit ac iuſſit à ſe peti, vel quod Deus non poſſit ea dare.

Si velit, quis, vt, poteſt proximè, nõ deeſſe auxilio Dei actuali, quod habet actu non tantum in poteſtate, perſeuerabit.

Nemo negat ſe non habere auxilium ſufficiens proximum, vel ad eiaculandam in cælum orationem, vel ad aliquod aliud opus bonum faciendum, quod ſi faceret, promereretur vlterius.

Sed Deus voluit ac iuſſit vt omnes à ſe petãt donum perſeuerantię & auxilia ad perſeuerandum neceſſaria, vt probat idem S. P. vrgens illud: Ne nos inducas in tentationem: ergo omnes poſſunt obtinere auxilia ad perſeuerandum neceſſaria, ipſumque donum perſeuerantię de quo *ibid. Aug. Hoc donum ſimpliciter emereri poteſt.* Verum & hoc Aug. ep. 105. *Etiam ipſa oratio inter gratię munera reperitur*: nec poſſet iuſtus gloriari, quod ſine vllo alio auxilio actualiter Deum orauerit, nec plus à Deo receperit, vt fieret actu orans, quàm quando maneret non orans: nam ad Rom. 8. *ipſe ſpiritus poſtulat*, id eſt, poſtulantes facit. Verumtamen, *vt ſupra n.* 148. ſi vel non orat, vel bona opera facere omittat, ſuo vitio non orat, & ſua culpa omittit. Hic meminiſſe inprimis oportet, quod perditio noſtra ex nobis ſit, ſalus ſeu auxilium ad ſalutem, TANTVM ex Deo. *Oſeæ* 13. *quodque liberum arbitrium ad malum ſufficit ſibi, ad bonum non niſi adiuuetur à Deo, ex Aug. to. 9. de cant. nouo c. 8.* Deinde qui conſequutus eſt gratiam habitualem, necdum poteſt per ſeipſum operari bonum abſque nouo auxilio Dei ipſum mouentis & dirigentis, *vt hic art. 9. dixit B. Tho.* imò ne quidem cogitare. Gratiam enim habitualem erat conſecutus Apoſt. cum diceret: *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Item quod gratia nobis neceſſaria ſit, non ſolum ad incipiendum, ſed etiam ad perficiendum id quod cum gratia cœpimus, *vt Gregor. hom. 10. in Ezech. Mala noſtra ſolummodo noſtra ſunt; bona autem noſtra & omnipotentis Dei ſunt & noſtra, quia ipſe aſpirando nos præuenit vt velimus qui adiuuando* SVBSEQVITVR NE INANITER VELIMVS, *ſed poſſimus implere quæ volumus.*

En omiſſioni liberæ ac deficientiæ primæ liberi arbitrij ſeu cauſæ 2. primum vitium liberrimum tribuitur, quod deeſt actuali auxilio; ipſum actuale aux. primò nō deeſt, nec ſubtrahitur, cum inſpirationem aut motionem ad orandum abijcit voluntas ęgra Nota, cauſam 1. ſeu Deum SVBSEQVI defectum liberi arbitrij ſeu ceſſationem ab actu ſiue bono ſiue malo, cum cauſa 1. in efficiendo non ſit prima in deficiendo.

154. *Cur illum adiuuet, illum non adiuuet; illum tantum, illum non tantum; iſtum illo, illum iſto modo, penes ipſum eſt, & æquitatis tam ſecretæ ratio & excellentia poteſtatis*, ait Aug. 2. de pecc. meritis c. 5. c. 18. epiſt. 105. de dono perſeu. c. 8. & c. 13. *Et inchoandi & in finem vſque perſeuerandi gratiam Dei, non ſecundum merita noſtra dari, ſed donari ſecundum ipſius ſecretiſſimam, eandemque iuſtiſſimam, beneficentiſſimam, ſapientiſſimam voluntatem; hoc certò credimus: at cur alijs detur perſeuerantia in bono, alijs non detur, ſine murmure aduerſus Deum, dignentur ignorare nobiſcum*, ſcilicet *qui nos irrident, quia exclamamus in rebus talibus.* Quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius &c. *l. de corrept. & gra. c. 8.* Ita ſit, quod qui à iuſtitia exciderunt, ideo non perſeuerauerint, quia perſeuerare noluerunt: cauſa tamen cur alij perſeuerauerint, non fuit eorum voluntas, ſed Dei bonitas & benigniſſima ſapientiſſimaque, tum voluntas tum poteſtas Ideoque licet verum ſit quod perſeuerare voluerint, non tamen eſt verum, quod ideò perſeuerauerint, quia perſeuerare voluerunt. Huius enim tanti boni cauſa altior quærenda eſt, quàm ſit propria voluntas iuſtorum: etſi nolitionis illorum cauſa fuerit praua eorum voluntas, cum nullus peccet niſi volens & nemo Deum deſerat, niſi volens. Si dixeris; quia iſte Deum non deſeruit, neque diuinę gratiæ defuit, Deus ipſum non deſeruit, ſed bonum quod in ipſo cœperat perfecit: quia verò alter peccando deſeruit Deum, ideo Deus ipſum deſeruit. Vlterius quæri poteſt: quare Deus permiſit, vt iſte

eum

Qui deficit ab actuali gratia, ſponte libera deficit; eſtque prima ac totalis cauſa in deficiendo; ſibi ideo ſoli tribuat, vt qui primū defecit aliquo caſu, quo vires ſufficientiſſimas habebat ad non deficiendum, vt Adam, Angeli &c quorū ruina à minimis neglectis cœpit: nec creatorem arguat, ſi quod ex nihilo eſt, ad nihilum recidere ſponte eius libera, ille permittat. Qui non deficit, eadem qua alter ruina tractum iri proprio nihili pondere certò ſciat, ſi Deus permittat, ſinendo & ipſum deficere prius rationę: & capiat, quod à conſeruatione Dei pendeat quouis momento gratia actualis, & æquiualenter ſingulis momentis ſit nouum ac ſpeciale auxilium, etſi reipſa formaliter ſit idem; æquiualet enim producto alteri, ſe priore deſtructo.

Digitized by Google

eum deſereret: an quia defuit diuinæ gratiæ, & non eſt donis diuinis bene vſus, ſed gratiam ſufficientem ſibi datam neglexit, vel tepidè ac remiſſé viuens, vel vanæ gloriæ non reluctans, vel aliquo alio modo DEFICIENS? Id quidem meritò poteſt exiſtimari: At vbi quæritur, quare Deus permittere voluit, quod iſte diuinæ gratiæ deeſſet, labererur in negligentiam, tepiditatem aliamve culpæ occaſionem, ex quâ lapſurum præſciebat in peccatum mortale; hîc certè reprimenda eſt humana curioſitas & exclamandum: *Quis conſiliarius eius fuit? quàm incomprehenſibilia* &c. Et è diuerſo, ſi quæratur, quare alter non deſeruit Deum, nec eius gratiæ defuit, imò nec deeſſe voluit, vt in omnibus *ſurſum corda habeamus ad Dominum, & gratias agamus Domino Deo noſtro; & qui gloriatur*, non in ſe, *ſed in Domino glorietur*, vtque nemo ſeipſum diſcernat, ſciantque omnes ſe nihil habere quod non acceperunt; cauſa eſt in Deum diuinamque eius gratiam referenda. Vnde Heſſelius *c. 79. ſup. orat. domin. Verum quidem eſt, quòd Deus non derelinquit ſe quærentes, non deſerit niſi prius deſertus: At vt homo prius Deum non deſerat aut impedimentũ peccati nõ ponat, magna miſericordia præſtare debet.* At enim (inquit Aug.) voluntate ſua quiſque deſerit Deum, vt meritò deſeratur à Deo: *Quis hoc negauerit? ſed ideo petimus*, ne nos inducat in tentationem, *vt hoc non fiat: Et, ſi exaudimur vtique non fit, quia Deus non permittit vt fiat.* In his ergo ſimilibuſque materijs ſatis ſit vnicuique fideli credere, quod Deus ſit bonus, & quod neminem deſerat niſi priùs deſeratur; ſicque ſpem omnem in eo collocare, & conari facere, quod ſalubriter monet Conc. Triden. cit. c. 13. *Vt cum timore ac tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, in vigilijs, in eleemoſynis, in orationibus & oblationibus, in ieiunijs & caſtitate*: Altiora autem ſe non quærere, nec inſcrutabilia ſcrutari ac eius meminiſſe, *qui ſe exſtimat ſtare, videat ne cadat*: ſcire etiam, quod *voluntate ſua cadit qui cadit, & voluntate Dei ſtat qui ſtat.* Potens eſt enim Deus ſtatuere illum: *non ergo ipſe ſeipſum*, (ait Aug. c. 8. de dono perſeu.) *ſed Deus. Verumtamen bonum eſt non altum ſapere, ſed timere*: in 1. 2. qu. 109 ar. 10. Anſel. l. de caſu diaboli c. 18. affirmat, Angelum bonum & malum debere Deo parem gratiam: ſcilicet, quia ambo acceperunt iuſtitiam, poſſe eam retinere, poſſe eam deſerere, vt c. 17. dixit: Quod autem malus eam non retinuit, eius vitio accidit: Quod verò quiſpiam vitio ſuo perdiderit bonum, quod acceperat, non poteſt eſſe ratio ſufficiens ad non agendas gratias Deo pro bonis, quę ab eo acceperat. Hanc mentem indicat Anſel. non ſimpliciter dicens, quod diabolus non minus debeat Deo quam Angelus bonus, ſed quod *non minus debeat reddere Deo quod Dei eſt*, hæc eſt totum & qualecumque bonum, quod à Deo acceperat. Quod ſcribit c. 3. & 4. non ideò malum Angelum non accepiſſe perſeuerantiam, quia Deus non dedit, ſed ideo Deum non dediſſe, quia ille non accepit; & ideo non accepit, quia noluit, difficile eſt intellectu. Fortè hoc voluit, veram cauſam, quare Angelus malus non perſeuerauit, non fuiſſe quod Deus perſeuerantiam ei non dedit, ſed prauam ipſius Angeli voluntatem nolentis perſeuerare: *In 1. p. q. 95.*

Nemo autem eſt, qui auxiliũ quoddam ſpeciale, illuſtrationẽ, piam motionem &c. non percipiat: ergo non deſperet quiſquã, ſed ipſam teneat, quam habet, fortiuſque rapiat, quaſi filũ, quo ad vitam æternam pertrahetur, ſi ipſum liberè non abrumpat. Neque hîc opus alio decreto Dei quam de permittenda deficientia liberi arb: ab actuali aliqua gratia pro reprobis, aut non permittenda pro prædeſtinatis: cum autem decretum Dei, vt liberum ſit ipſa actualis deficientia aut non deficientia, extrinſecus poſita vel ponenda, decretum prædeſtinationis ipſam non deficientiam formaliter extrinſecè inuoluit, nam ipſa deficientia poſterius eſſe decretum reprobationis, conſtat. Neque hîc opus eſt Deo alia præſcientia conditionata, niſi decreti ſui; *ſi collocauero Petrum in talibus circũmſtantijs decernam hoc vel illud*, permittam deficientiam liberi arbitrij vel non permittam, ipſum ſuſtentando: ita *plura d*[illegible]*ti* Angeli boni, ſeu ſuſtentati, alijs deficientibus à charitate, ſeu labi Deo permittente.

Digitized by Google

p. q. 95. fine. Adde quod impoſſibile ſit eorum, qui in æquali gratia tam actuali quam habituali conſtituti ſunt, vnum credere, alterum non credere: alioqui contra Apoſt. 1. Corin. 4. Is qui non plus accepit quàm alius, ſeipſum diſcerneret ab illo, & aliquid haberet, quod non accepit: in 1. p. qu. 14. ar. 9. ad 1.

155. Quoniam autem hæc Dei motio à quibuſdam vocatur prædeterminatio vel *præmotio irreſiſtibilis*, addendum exiſtimauimus præmotionẽ, quam B. Thomę diſcipuli ſolent tueri, non rectè vocari irreſiſtibilem. Hoc enim ita ſonat, quaſi homo qui prẹmouetur, nullo modo poſſit vel non agere, vel oppoſitum agere: cum tamen ea non ſit mens noſtra, ſed hęc, quod Deus dicatur præmouere, quia natura, ſeu cauſalitate prius mouet, (eo ſcilicet modo quo mouens eſt prius mobili) efficaciter autem dicitur præmouere, quia facit quod effectus infallibiliter ſequatur, etiamſi voluntas ſemper retineat poteſtatem non agendi. Nam eo inſtanti, quo peccator conuertitur, eſt in libertate arbitrij ipſius cooperationem ſuam continere, & non conuerti, quin & diſſentire. Sicut quamuis affirmetur gratia efficax infallibiliter ſortiri effectum, ipſa tamen non rectè vocatur irreſiſtibilis eo quod voluntas ſemper manet libera ad non conſentiendum: ita hęc prẹmotio, licet efficax, non tollit à voluntate facultatem diſſentiendi, ſed facit quod non diſſentiat, ſeu quod infallibiliter operetur: *in 1. 2. qu. 10ʒ. ar. 1. concl. 6.* Efficacia tamen eius non dependet ex cooperatione liberi arbitrij, nempe ipſam liberi arbitrij cooperationem operatur, facitque vt tunc, & eo modo velit, quando & quomodo placitum eſt Deo: ſiquidem ***Deo volenti ſaluum facere nullum hominum reſiſtit arbitrium,*** Ex Aug. de corrept. c. 14. & de prædeſt. 55. c. 8. ***Gratia quę occultè humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo duro corde reſpuitur, ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur.*** Et epiſt. 107. illos impugnat, qui dicunt, Deum operari in nobis, quantum in ipſo eſt, vt velimus: ſi autem nolumus, nihil in nobis operationem gratiæ valere facimus. Item, ſi donum perſeuerantiæ eiuſque efficacia pendet à libero arbitrio, Deus non omnia ***operaretur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ,*** ſed multa ſecundum conſilium hominum; hoc eſt, ſi bonus vſus liberi arbitrij ſub conditione talis vel talis oportunitatis aut modi excitationis futurus. eſt aliquod neceſſariò ſupponendum in præſcientia Dei, vt illa auxilia poſſint tanquam efficacia in æternitate præparari, & in tempore dari: ergo Deus illa non præparat, neque etiam dat, niſi ſecundum conſilium voluntatis hominum, prout ſcilicet prẹnoſcit eſſe hominum voluntati ſic & ſic, in tali vel tali tempore ſeu occaſione affectæ vel diſpoſitæ conuenientia: atque ita prius in aliquo ſigno rationis quam ea det, vel dare ſtatuat, tanquam efficacia, debet præſcire conſilium hominum.

Nimirum ipſa actualis cooperatio Dei, & non ſubtractio auxilij eſt maxima gratia, vltimaque efficacia.

Gratiæ reſiſti poteſt, ipſa deſeri, abijci, ipſi nõ conſentiri.

Gratiæ reſiſti poteſt, ipſa deſeri, abijci, ipſi non conſentiri.

Inſtanti A. conuerſus efficacia gratiæ, poteſt ſuſpendere conſenſum pro inſtanti B. Si non ſuſpendat, tribuitur efficaciæ gratiæ; ſi ſuſpendat, libero arbitrio vt cauſę 1. deficienti.

Nemo negat, quin Dei potentia vti poſſit temperiè corporis animique minus repugnante, & hanc ordinare ac eleuare ad ſupernaturalem gratiæ conſenſum: at nè dicatur Dei conſilium pendere à temperie naturali, quaſi indiſpoſitio hec naturæ ſuperari non poſſit efficaciã gratiæ. Nec dicenda eſt quęlibet gratia vel minima in genere efficacis ſuperatura quamlibet vel maximã indiſpoſitionem liberi arbitrij, quaſi gratia quæ fuit efficax Matthæo futura fuiſſet etiam efficax Saulo: ſed diſpoſitio ipſa liberi arbitrij præparari à Deo dicenda eſt, ac ſupernaturalis quoad modum ſcilicet prouidentiæ extrinſecè ordinantis illam ad conſenſum ſupernaturalem quoad ſubſtantiam. ſicut ordinat naturam ad gratiam. Quocirca non eſt in poteſtate liberi arbitrij efficere, vt omnis operatio gratiæ ſit inefficax, etſi ſingulas poſſit reddere inefficaces, cum nulla ſingulariter neceſſitet liberum arbitrium, vt de tentationibus collectiuè dictum ſuprà. quibus collectio mediorum ſapientiæ diuinæ ac prẹſcientiæ opponitur: Nec bonus vſus liberi arbitrij hic & nunc futurus neceſſariò ſupponitur ad conſilium Dei, quaſi ſine hoc bono vſu irritum ſit futurum, cum innumera alia media ad manum ſint omni ſcienti & potenti. Sicuti vnicus panis quem quis hodie comedit non dicitur neceſſarius ad vitam ei qui mille panes habet; ſed *eſt ſine quo* non viuit, ita cooperatio

156. Deni-

liberi arbitrij hîc & nunc eſt ratio *ſine qua* gratia non eſt efficax. Itaque prius ratione, quàm ipſam dare ſtatuat, non nouit efficacem per vires liberi arbitrij, ſed per proprias vires gratiæ non ſine libero arbitrio. Si ipſe decernat non permittere deficientiam liberi arbitrij ſeu ſubtractionem concurſus cauſę 2. Soli bene affecti ſequuntur vocationem ex *Aug. 2. Retract. 1. & l. 1. ad Simplic.* Sed ipſa bona affectio præparatur à Deo prouidentia ſpeciali.

156. Denique ſi doni perſeuerantiæ vel alterius gratię efficacia pendet ex bona cooperatione liberi arbitrij præuiſa, illa efficacia tribui poterit infallibilitati diuinę præſcientiæ, at non Dei omnipotentię. Nitetur enim illi ſcientiæ qua certo & infallibiliter pręuidetur diſpoſitio aut inclinatio voluntatis ad operandum, ſi ſic aut ſic, tali vel tali oportunitate excitetur. Atqui tam Scriptura quam Eccleſia omnem gratiæ efficaciem refert, non in Dei præſcientiam vt talem, ſed in eius potentiam: ergo vis ſeu virtus permouendi voluntatem & efficiendi vt liberé velit, conſentiat, perſeueret, ei ex ſe ſeu ſecundum ſe prout venit à Deo, conuenit independenter à cooperatione liberi arbitrij, atque adeò antecedenter ad liberam cooperationem, etiam vt pręcognitam ſcientia, vt aliqui vocant, media. Ex gr. Velle perſeuerare à voluntate pendet, quia eſt actus ab ea elicitus vel eliciendus, ſed auxilium quo Deus facit vt velimus, non pendet à noſtra voluntate, neque ſecundum ſe, quia Deus liberaliter illud impertitur, quando, quomodo, & quibus vult; neque quantum ad efficaciam ſeu virtutem agendi, quia illa efficacia ipſi, quatenus eſt à Deo, qui facit vt voluntas agat, & vt liberè agat, & vt perſeueranter agat totumque Deo tribuat.--- Verumtamen non negamus, auxilia efficacia in dono perſeuerantiæ incluſa dari cum habitudine ad noſtram cooperationem, & ad bonum vſum liberi arbitrij vt ad effectum; quodque bonus vſus prioris auxilij ſit aliqua diſpoſitio ad recipiendum poſterius: ſed negamus illa dicere habitudinem ad vſum bonum & liberam cooperationem, vt ad aliquid antecedenter prærequiſitum, vel à Deo præcognitum ante omne decretum liberum voluntatis diuinæ; negamus quod bonus vſus ſit cauſa vel conditio pręrequiſita, vt talia auxilia ſint efficacia: omnia enim efficaciam ſuam habent, prout à Deo ſecũdum decretum eius liberum & abſolutum veniunt. Imò ſi dicatur, quod auxilia in dono perſeuerantiæ incluſa non poſſunt eſſe efficacia, niſi in Dei præſcientia (quæ omne decretum voluntatis Dei liberum antecedat) certum ſit voluntatem liberam non reſtituram, ſed cooperaturam; negandum eſt: quia cooperatio liberæ voluntatis non eſt futura, ne quidem ſub conditione, niſi Deus ſtatuerit facere quod cooperetur, neque Deus cognoſcit illam eſſe futuram, etiam ſub conditione, niſi priùs (noſtro concipiendi modo) decreuerit dare ac facere ipſam voluntatis humanæ cooperationem. Si autem dicantur ea auxilia non poſſe eſſe efficacia, niſi poſito quod talia ſint, in aliqua Dei præſcientia (eâ ſcilicet quæ liberum Dei decretum ſubſequitur) certum ſit voluntatem liberam non reſtiturã, concedendũ eſt. Nã ſine dubio Deus certò præſcit voluntatem liberã non reſtiturã, ſed liberé cooperaturã cum tota ſerie auxiliorũ efficacium, quæ in dono perſeuerantiæ includunt, quia ipſemet per eiuſmodi auxilia facturus eſt, & facturum ſe eſſe decreuit, vt voluntas liberè cooperetur. Imò nec ęfficacia doni perſeuerantiæ pręſupponit in libero arbitrio quamdam diſpoſitionem, ſeu non reſiſtentiam negatiuam, quâ ſinat ſe à Deo moueri, quaſi donum gratiæ non ſit ex ſe efficax, ſed pendeat à diſpoſitione hac negatiuâ. Nam etſi in poteſtate liberi arbitrij ſuis viribus relicti, ſit impedire gratiæ receptionem diſſentiendo: tamen non impedire gratię receptionem, non ita eſt in poteſtate liberi arbitrij, quin frequenter impediturum illam ſit, ſi ſibi relinquatur: *in 1. 2. qu. 109. fine.*

Tribuenda omninò efficacia gratiæ quocumque in ſtatu, ſiue conditionato ſiue abſoluto, ipſi potentiæ Diuinæ & libero arb. vt inſtrumento ſubſeruienti & eleuato. Hinc non immeritò contradictores habet ſcientia media futurorũ conditionalium, qua Deus ante omnem actũ ſuę voluntatis liberum, etiã obiectiuũ, nouerit quid per liberum arb. creatum eſſet extiturũ in tali vel tali rerum ordine, aut in talibus vel talibus circumſtantijs: cùm per liberũ arbitrium creatum præciſo Dei decreto abſoluto nil exiſtere poſſit, nec præuideri præciſo obiectiuo eiuſdem decreto. Si tamen per ſcientiam conditionatã intelliga-

157. Illud

tur notitia, quâ Deus nouit quid liberum arbitrium eſſet facturum per gratiæ intrinſecæ & extrinſecæ vires, ſi ipſas, Deus decerneret dare & non permittere defectionem liberi arbitrij, hæc notitia eſt ſine contradictione admittenda. Quocirca ipſa non defectio liberi arbitrij nullo in ſtatu cognoſci poteſt prior cauſâ 1. & ipſius decreto de non permittenda huius defectione; nam niſi Deus decretum habeat de non permittenda defectione creaturę, ipſa & actus ipſius recidunt in nihilum: ſed nec ipſa defectio cauſæ 2. liberę, quamuis ſit prima in deficiendo, cognoſci poteſt, niſi in decreto Dei priore de permittenda huiuſmodi defectione. Sic cognoſcit, non reſtituram gratiæ voluntatem, quia decernit non permittere hanc reſiſtentiam: cognoſcit reſtituram, quia decernit, permittere. Decreta autem huiuſmodi non immutant Deum ad intra, ſed complentur formaliter per poſitionem vel negationem rei ad extra: decretum proinde, vt liberum, efficax, conditionatum, abſolutum, obiectiuum, ſubiectiuum nil importat contingens, niſi extra Deum, quod Deus poſuerit, aut non poſuerit. Si nihil immutat ad extra, multò minus ad intra quid ponit, ac proinde nullum eſt. Hinc ſententia quæ aſſerit, dari in Deo notitiam, qua ipſe nouit, ſi tantummodo decerneret dare talia vel talia auxilia, quid per vires gratię liberum hominis arbitrium eſſet facturum; & conſtantiſſimè affirmat, bonum vſum gratiæ præſcitum conditionatè, ſi ipſam Deus decerneret, nullam eſſe cauſam meritoriam, vt abſolutè decernat talem gratiam talibuſue circumſtantijs dare, multò minus vt decernat præmium boni vſus gratiæ huiuſmodi. Hæc ipſa eſt doctrina Catholica, nec inuentum Maſſilienſium dici poteſt, niſi per ignorantiam aut calumniam veritatis.

157. Illud monendum duximus, quod nequaquam intentio eſt diſcipulorum B. Thomę, ſiue ex ordine S. Dominici, ſiue aliorum, docere, quòd diuina motio, vel gratia efficax, auferat à voluntate facultatem, aut non agendi, aut agendi oppoſitum, ſaltem quoad exercitium, & pro illo inſtanti, quo mouetur, ita vt non poſſit diſſentire neque motionem illam abijcere, ſi velit; ſed NECESSITETVR AD CONSENTIENDVM. Fatentur enim quod eiuſmodi ſenſus vel doctrina, & Concilijs, & libertati arbitrij repugnat. Ita *Nauarr. controu. 21. §. 3. ad qu. 19. 1. p. Dicimus omninò decipi, qui putant præmotionem phyſicam in hoc conſiſtere, quod non relinquat in voluntate poteſtatem ad tendendum extra ipſam præmotionem &c. Nam recipitur* NON NECESSITANDO *ſubiectum ad talem modum informationis, ſed conformiter ad naturam & inclinationem voluntatis, relinquendo in ſubiecto potentiam ad reſiſtendum tali motioni.* Falſum igitur eſt, quod poſito Dei concurſu voluntas non poſſit non agere: nam certè Deus mouet nos cum modo libero, SVAVITER pro nobis, & *fortiter* pro ſe, & cum vſu rationis, & collocationis, & conferentiæ, cum ordine ad indifferentiam medij, & cum POTESTATE PROPORTIONATA huic indifferentiæ mediorum & finis.--- Simpliciter loquendo, voluntas poteſt non operari toto tempore quo habet motionem efficacem.---- Nos non aſſerimus, quod quando illa motio eſt in homine, voluntas non poſſit illi diſſentire, ſicut impiè aſſeruerunt Lutherus & Caluinus, &c. in 1.2.q. 111. ar.3. Vt in ſtatu naturæ integrę, ita & lapſæ, talem agnoſcimus à cauſa 1. præmotionem liberi arbitrij ad actum ſupernaturalem, vt illius indifferentiam non magis lædat, quàm præſcientia infallibilis, aut æterna Dei prædeſtinatio, aut iudicium rationis practicæ vltimum, antecedentem nihilominus actûs neceſſitatem excludat. *In theſi. propugn. 11. Iul. 1644.*

Gratia Dei neceſſitans libertatem voluntatis, ſeu quæ non poſſit abijci, reijcitur.

Certum quoque Deum nunquam deſerere iuſtificatos, niſi ipſi auxilijs Dei actualibus defuerint: nec gratiam dici efficacem, niſi vt cōnexa cum conſenſu libero.

158. Cum iuſti Spiritum Sanctum habeant ſui inhabitatorem, non eſt dubium, quin frequenter eos excitet, bonaſque ac ſalutares cogitationes, inſpirationes, affectiones, cauſet, ad gratiam ſufficientem pertinentes; quibus ſi non deeſſent, vel oppoſitum eius, ad quod inſpirantur, operando, vel pias affectiones, ſanctaque ipſis immiſſa deſideria ſinendo tranſire, vel quomodocumque aliter negligendo, qui cœpit in eis opus bonum, perficeret. Nec eſt quòd quiſpiam obijciat, neminem poſſe abſque peculiari Dei gratiâ, illis inſpirationibus cooperari: quamuis enim ita ſit, ex ſola tamen eorum negligentia prouenit, quòd eis non correſpondeant: ita Proſp. 2. *de voc. Gen. c. 26.* ſcribit de opitulatione Dei; *quod à multis refutatur, ipſorum eſt nequitię; quod à multis recipitur, & gratiæ eſt diuinę, & voluntatis humanæ* &c. Cui conſentit

Gratiam ſufficientē dari omnibus adultis: in 1.2. qu. 111. ar. 3. qu. 4.

B. Thom.

Digitized by Google

B. Tho. qu. 112. ar. 3. ad 2. Defectus gratiæ prima cauſa eſt ex nobis, ſed collationis gratiæ prima cauſa eſt à Deo ex Oſeæ 3. Perditio tua &c. Omnibus etiam fidelibus aliquando Deus immittit quaſdam inſpirationes & affectiones ad bonum ſupernaturale proſequendum, & ad ſeipſos à malo auertendum. Illis etiam, quibus mittit prædicatores, immittit quoddam lumen & deſiderium, vel audiendi, vel conſiderandi, vel credendi, vel amore proſequendi ea quæ proponuntur, quamuis multi ea extinguant & negligant, interdumque contemnant.

Iuſtis, ac fidelibus peccatoribus quoque datur gratia ſufficiens.

159. Non omnes infideles habent in ſeipſis gratiam ſufficientem, qua proximè poſſint credere; atque ita à peccato infidelitatis excuſantur, qui de fide nil audierunt, nec obſtiterunt, quo minus illa ipſis annuntiaretur. --- Itaque non omnes accipiunt auxilium phyſicum & intrinſecum ſufficiens, vt immediatè poſſint credere; hoc multis negatur in pænam peccati, ſaltem originalis. Ad credendum mediatè vel immediatè, omnes recipiunt pro loco & tempore auxilium ſufficiens, ſi perueniant ad vſum rationis. Quòd ſi puer infidelis perueniens ad vſum rationis faceret quod in ſe eſt ex auxilio ſpeciali, ſe ad Deum, & ad bonum rationis, naturæ proportionatum, conuertendo, Deum illuminaret eum de myſterijs fidei, tandemque iuſtificaret per gratiam. Quæ conformia ſunt ijs quæ B. Tho. q. 14. de veri. ar. 11. ad 1. ſcribit de illo, qui in Syluis nutriretur: & in 2. diſt 28. ar. 4. ad 4. quod ſi aliquis in barbaris nationibus, quod in ſe eſt faciat, Deus ſibi reuelabit illud quod eſt neceſſarium ad ſalutem, vel inſpirando, vel doctorem mittendo. Quę tamen non ſic accipienda ſunt, quaſi facienti quod in ſe eſt ex viribus naturæ detur infallibiliter auxiliũ gratiæ; ſed quod ſi quis quod eſt naturale ex obiecto (cuiuſmodi eſt ad Deum vt auctorem naturæ, & ad bonum rationis naturalis ſe conuertere) faciat ex auxilio gratię, tunc Deus ei prouidebit vlterius. Auxilia ad mediatè credendum ſunt interiores monitiones, illuſtrationes, inſtigationes voluntatis, quę licet hominem non reddant ſufficienter inſtructum, vt ſit proximè potens ac diſpoſitus ad credendum; eiuſmodi tamen ſunt, vt ſi bene illis vteretur (per gratiam ſcilicet ſpecialis auxilij) Deus euſque illum perduceret, vt fieret proximè potens credere, tandemque crederet. Ita paganis pro loco & tempore datur auxilium ſupernat. & intrinſecum ſufficiens ad implenda præcepta naturalia.

Infideles omnes nõ habent auxiſium proximè & immediatè ſufficiens ad credendũ; Omnes aliquando habent ſufficiẽs mediatè.

Etiam barbari participãt auxilia gratiæ vt faciant quod in ſe eſt ſufficientia.

159. Quapropter quod S. Aug. dicit, ſe ſcire gratiam non omnibus hominibus dari, vel eſſe propriam Chriſtianorum, & non eſſe communem bonis & malis, de gratia efficaci intelligendum, ſeu de ea quæ operatur velle, cauſatque fidem & bona opera. De qua etiam Eſtius in c. 10. & 11. ad Rom. in c. 10. 1. Ad Corin. In c. 8. ad Hebr. & vbi negat omnibus dari gratiam ſufficientem, eam ſcilicet quæ abſolutè & ſimpliciter ſufficiens eſt ad actualiter credendum & operandum, non verò eam quę eſt ſufficiens in genere potentiæ præſertim remotę. Vnde *in 2. diſt. 26. §. 14.* agnoſcit in homine infideli cogitationem, quæ fidem fideique initium tempore antecedit, & viam quandam ad fidem ſternit, qua ipſe cogitat & vult audire & examinare ea quæ de Chriſto annuntiantur, paratus fidem adhibere, ſi ea inuenerit rectę rationi conſentanea; dicitque huiuſmodi animi motiones ex Dei gratia prouenire: licet non ſint effectus gratiæ reparantis ſecundum ſe & quamdiu ſunt ſine vllo iuſtitię aut ſalutis initio. Nec dubium quin idem dicturus fuiſſet de his alijſque cogitationibus & motionibus, quas Deus immittit his, qui

Ab vtroque agnoſcitur gratia ſufficiens ex parte liberi arb. licet ex eius malitia egeat alia actuali ex parte Dei n. 149.

qui nihil ſciunt de Chriſto ſcilicet forte in cœlis eſt aliquid melius quod non videmus; forte is qui naturam hanc fecit ac regit, vult aliter coli quàm nos colimus, & illis ſuis cultoribus fortaſſis alia bona ſeruat nobis incognita; quid ſi hoc ſcirem &c. Tales cogitationes in homine pagano ſunt à Deo, pertinentque ad gratiam ſufficientem: & licet ad credendum minimè ſufficiant, niſi Deus amplius miſereatur, ſufficiunt tamen (vt ſi Deo ipſos per ſuam gratiam adiuuante) bene illis reſpondeant, vlteriora auxilia conſequantur; & vt ſi non reſpondeant, ipſorum malitiæ imputetur.--- Qui baptizari potuerunt, ſed ex eorum ad quos ſpectabat negligentia vel malitia non baptizantur, dici poſſunt habuiſſe gratiam ſufficientem, non quidem immediatè & in ſeipſis, ſed mediatè in illis, qui potuerunt eis procurare baptiſmum. Nam vt hoc poſſent Deus prouiderat. Qui moriuntur in maternis vteris, non videntur habuiſſe gratiam ſufficientem: qui naſcuntur & ſine baptiſmo moriuntur, videntur habuiſſe ſufficiens remedium in proximis, quorum diligentia poſſunt baptizari: Verùm an hoc ſit habere gratiam ſufficientem meritò dubitaueris, ſi parentes ſedulò agunt, nec poſſunt illi baptizari: Addit Granad. quoad pueros in vtero exiſtentes adeſſe illis ſufficiens auxilium, quatenus poſſunt exire vterum & recipere baptiſmum, vel in vtero coronari martyrio, ſi pro fide occidantur. Quæ omninò vera, ſed nequaquam ſufficere videntur, vt iſti paruuli poſſint dici habere gratiam ſufficientem, niſi fortaſſis valdè remotè.

Nullus paganorum ad vſum rationis perueniẽs, non habet aliquas illuſtrationes piaſque motiones, quaſi ſi non abijceret, iuuaretur vlterius. Ibid. qu. 111. ar. 3. qu. 5. Quæſtio de nomine ſufficientis gratiæ. De re conſtat, Chriſtum pro omnibus mortuum; omnibus aliqua auxilia promeritũ, ac ſingulis.

160. Nulla ergo sũt præcepta impoſſibilia; quin de fide eſt poſſe ab homine impleri in hac vita per gratiam Dei, qui in ſuis promiſſis eſt fidelis & verax. *Deus poßibile mandauit, hoc nulli eſt dubium,* ait S. Hieron. 3. con. Pelag. c. 1. Cùm enim Deus puniat omnem voluntariam mandatorum ſuorum tranſgreſſionem; impium foret de illo exiſtimare, quod det aliqua mandata obſeruatui impoſſibilia.--- Aſſero etiam cum Aug. *Nec impoßibile aliquid imperare poteſt, qui iuſtus eſt; nec damnaturus eſt hominem pro eo quod non potuit vitare, qui pius eſt: l. de nat. & gra. c. 69. &* 43. Trident. ſeſſ. 6. c. 11. Nemo *temeraria illa & à Patribus ſub anathemate prohibita voce vti debet, Dei præcepta eſſe impoßibilia &c.* Ex his facilè intelligitur hunc art. 42. *Definitiua hæc ſententia, Deum homini nihil impoßibile præcepiſſe, falsò tribuitur Auguſtino,* cùm Pelagij ſit iure meritiſſimo fuiſſe damnatum. Illam enim ſententiam, & Auguſtini, & Eccleſię Catholicæ certiſſimam eſſe doctrinam, ex iã dictis euidens eſt.--- *Ita & Deus vult omnes homines ſaluos fieri,* quatenus media quędam & auxilia generalia contulit, ac toti humano generi propoſuit, quibus poſſint ad ſalutem perduci, licet ad eam conſequendam abſque medijs & auxilijs ſpecialibus minimè ſufficiant. Talia ſunt pretium Sanguinis Chriſti ſufficientiſsimè pro omnibus fuſi, & ſacramenta per Chriſtum inſtituta, in 1. p. qu. 19. ar. 6. qu. 3. At vt ſurgat homo lapſus aut ſtet, eget auxilio longè vberiore *ſine quo non & quo* concupiſcentiam ſuperet. Imò per gratiam habitualem connexoſque habitus infirmitas naturæ non ita ſanatur, quin egeat gratia actuali ad ſingula opera ſalutaria. Piè etiam credimus nullam reipſa ſalutariter ab homine vinci tentationem, ſiue grauem, ſiue leuem abſque ſpeciali auxilio per Chriſtum, ad illam conſtantius & facilius ſuperandam; quod auxilium à Deo aſsiduis precibus petendum docet etiam lumen

In 1. 2. qu. 109. ar. 4. & theſi 11. Iul. 1644 & 21. Feb. 1645. Gratiam generalẽ & ſpecialem, vtrãque ſufficientem ſingulis hominum & omnibus promeritus eſt Chriſtus, nullã neceſſitantem: ſufficiens, quantumuis deficiens vitio liberi arb. non eſt monſtrum gratiæ, ſed miraculũ infinitæ bonitatis, & copioſæ redemptionis: & poteſt poſt Adæ lapſum ſtatui in Deo voluntas, qua omnibus, vel generalia vel ſufficientis gratiæ auxilia præpararit. Gratia Chriſti ſufficiens ad omnes deriuata, efficax ad multos; omnibus neceſſaria ad ſalutem, ſed neminem neceſſitans; quaſi neceſſitate quis mereri poſſit vitam æternam.

Digitized by Google

men naturæ, ſibi minimè fidentis, vbi ſuam infirmitatem experta eſt. Ad finalem autem perſeuerantiam in bono, vberius adhuc auxilium, & ſpecialior protectio Dei requiritur. In nullo ſtatu potuit Deus diligi ſuper omnia vt auctor gratię, ſine auxilio gratiæ ſpeciali præmouentis & cooperantis libero arbitrio, SI VELIT EI NON RESISTERE.--- Hucuſque de gratia Chriſti peculiariter, cuiuſmodi eſt quæcumque vlli homini datur poſt peccatum. Ipſa eſt beneficium quoddam ſupernaturale ad ſalutem æternam ordinatum, quod quidem abſque noſtris meritis, non tamen ſine meritis Christi confertur. De gratia in hac ſignificatione accepta communiter loquuntur ſcripturæ & Patres, *in* 1. 2. *qu*. 109. Infrà n. 168. pro omni-

bus mortuus Chriſtus, & n. 174. pro omnibus orauit, ſanguinem fudit &c. non tantum pro iuſtorum perſeuerantium ſalute.

CAPVT XIV.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Gratiam Chriſti nec ſufficere, vt cuipiam meritum vitæ æternæ donet, aut ſatisfaciendi vim vllam, &c.

DAMNATVS ART. LVIII.

161. ILLA Doctorum diſtinctio, Diuinæ legis mandata bifariam impleri, altero modo quantum ad præceptorum operum ſubſtantiam tantùm; altero quantum ad certum quendam modum, videlicet ſecundum quem valeant hominem perducere ad regnum æternum, hoc eſt, AD MODVM MERITORVM, commentitia eſt & explodenda.

Scilicet, quia nulla ſupereſt homini libertas, ſed omnimoda neceſſitas benemerendi cum gratia, malè merendi ſine illa, nullum ſupereſt hominis lapſi meritum vitæ ęternæ (quomodo homini lapſo ſuperfuerit demeritum ignis æterni, *Qui paratus eſt diabolo & Angelis eius*, ſolis ex plena libertate peccantibus?) laudem boni operis partiri cum Deo, impium eſt, tota laus bonæ voluntatis in SOLAM gratiam referenda, quaſi hęc nec poſſit efficere, vt pars operis boni ſit noſtra, neque vt nos gratiæ cooperemur liberè.

DAMNATVS ART. LIX.

ILLA quoque diſtinctio, quâ opus dicitur bifariam bonum, vel quia ex obiecto, & omnibus circumſtantijs rectum eſt & bonum, quod *moraliter bonum* appellare conſueuerunt; vel quia eſt MERITORIVM regni ęterni, eo quod fit à viuo Chriſti membro per ſpiritum charitatis reijcienda eſt

Hic reijcitur vtrumque membrum, & omne iuſti opus, vt verè meritorium de condigno; & omne opus bonum morale, vt poſſibile pro ſtatu lapſi hominis; non tantum vt nil ſpectans ad vitam æternam, quod verum eſt.

ANTI-

ANTITHESES ESTII.

162. PRæcepta legis duobus modis impleri poſſunt, vno modo tantum ſecundum ſubſtantiam operum; altero quantum ad modum, quo ordinantur ad beatitudinem ſupernaturalem, qui in ſtatu purè naturali locum habere non potuit; nec in operibus moraliter bonis infidelium, qui nullam habent notitiam beatitudinis ſupernaturalis. Articuli duo 58. & 59. quibus ea diſtinctio negatur, improbati à Pio V. & Gregor. XIII. eam facilè probant. Hęc propoſitio; homo potuiſſet per naturam ſine ſpeciali auxilio gratię implere in ſtatu purè naturali omnia pręcepta legis, veritatem habet de pręceptis legis naturę ac poſitiuis Dei, ordinem naturæ non excedentibus: nam in eo ſtatu vt tali nulla fuiſſent homini data pręcepta ſupernaturalia, nec præſcriptus fuiſſet modus operandi, quo tenderet in finem ſupernat. Nec ibi locum habuiſſet rebellio carnis contra ſpiritum, ſed fuiſſet homo conditus à Deo ordinatus, etſi ſine donis ſupernat.- - -Quin & in hoc ſtatu naturæ corruptę poteſt homo ſine gratia Chriſti per ſolas naturæ vires ſeruare quædam præcepta legis naturæ, quoad nudam operum ſubſtantiam, neque enim omnia infidelium opera ſunt peccata n. 99. Poteſt etiam ad breue aliquod tempus ſine gratia ſeruare omnia præcepta legis naturæ, quæ ſeruanda per idem tempus occurrunt; quia præcepta legis affirmatiua non obligant ad ſemper, nec omnia occurrunt ſimul implenda: præcepta verò negatiua ſeruantur nil agendo: poteſt autem homo ad tempus aliquod ad ea ſe habere negatiuè, pręſertim nulla in contrarium occurrente tentatione. Nemo poteſt in ſtatu naturę corruptæ per vires ſuas ſine auxilio gratię ſeruare omnia præcepta legis naturę, nequidem quoad ſubſtantiam operum.

In 2. d. 26. § 40.

Ex beneuolentia ſupernat. quam credimus, arguitur in Deo beneuolentia naturalis futura fuiſſe in ſtatu purè naturali, ſi hunc homo fuiſſet ſortitus.

ANTITHESES SYLVII.

163. DIſtingvendvm eſt opus bonum: quoddam ſolum moraliter bonum; aliud ad ſalutem bonum: illud verſatur circa materiam conuenientem & nulla circumſtantia vitiatur, ſed procedit tantum ex dictamine rectę rationis cum auxilio Dei generali, n. 99. Opus bonum ad ſalutem eſt, quod efficitur in nobis, per ſuperadditum viribus naturalibus auxilium ſpeciale Dei ſiue habituale, ſiue actuale, tale eſt, ex Spiritûs Sancti cor mouentis impulſu credere, ſperare, Deum diligere, de peccatis pœnitere, & quę per inhabitantem Dei Spiritum fiunt ab hominibus iuſtificatis.---Seruantur pręcepta, non ſolum quantum ad ſubſtantiam, ſed etiam quantum ad modum, quando actus, qui præcepti ſunt, eo modo fiunt, quo fieri oportet, hoc eſt ex charitate erga Deum, ſeu ex affectu charitatis. Hanc diſtinctionem eſſe recipiendam manifeſtum eſt ex eo, quod Pius V. & Gregor. XIII. condemnarunt articulum hunc 58. *Illa Doctorum diſtinctio* &c. Homo in ſtatu naturæ corruptæ poteſt ſine gratia per ſolas naturæ vires ſeruare quędam præcepta legis quoad nudam ſubſtantiam operum v. g. implere præceptum de honoratione parentum, etſi tranſgrediatur præceptum de actu charitatis; ita infideles aliqua bona opera faciunt. Poteſt etiam ſine gratia ad breue tempus ſeruare omnia legis naturæ præcepta, quæ tunc ſeruanda occurrunt, quantum ad ſubſtantiam, etſi non ad longum tempus: nam fieri poteſt, vt intra breue tempus, vel nulla, vel non niſi quædam facilia veniant implenda. At verò intra ſpatium longioris temporis occurrunt præcepta varia,

In 1. 2. q. 109. ar. 2. & 4.

eaque

Digitized by Google

eaque difficilia, & variæ tentationes, quas hominis vires per peccatum multum debilitatæ ſine Dei gratia ſuperare non poſſunt. Sunt namque aliqua præcepta ordinis naturalis, quorum obſeruatio etiam quantum ad ſolam operis ſubſtantiam, ſiue per ſe, ſiue ex accidenti tam eſt difficilis, vt in hoc rerum ſtatu non poſſint abſque gratia ſeruari, veluti Deum vt authorem naturæ ſuper omnia diligere; Deum ſic confiteri naturalium bonorum authorem, vt pro ipſius amore mortem quis oppetat, caſtitatem ſeruet, graues tentationes vincat &c.

DAMNATVS ART. XVI.

146. **Non eſt vera legis obedientia, quæ ſit ſine charitate.**

Hoc eſt, qui obedit legi ex affectu quouis honeſtiſſimo, ſi non ex actuali charitate, peccat.

ANTITHESES ESTII.

VIRTVS generaliter dicitur habitus omnis rectæ rationi conſentaneus, idemque inclinans ad actum diuinę legi conſentaneum; quæ definitio complectitur virtutes etiam imperfectas, id eſt charitate nondum formatas, inter quas eſt fides informis, qua intellectus imperio voluntatis captiuatus in obſequium fidei firmiter credit, quæ diuinitus credenda pręcipiuntur: ita actus eſt virtutis temperare ſibi à vindicta, vel voluptate ante infuſam charitatem: Nec minus eſt virtutis actus prompté & libenter Deo obedire credendo &c. etſi charitas non adſit.--- Præceptum, quo non pręcipitur aliquid ſupernaturale, ſeruari poteſt ſine gratia ſecundum ſubſtantiam operis, ita ſcilicet, vt contra illud non peccetur: non poteſt homo ſine gratia ſeruare vllum pręceptum ſupernaturale, nec vllum morale ſecundum modum, quo ordinatur ad vitam ęternam: *in 2. diſt. 26. §. 40.* In 3 d. 23. §. 9.

ANTITHESES SYLVII.

165. Præcepta negatiua ſeruantur nil agendo, vt illud, *non occides.*----Obſeruatio legis ſecundum ſolam ſubſtantiam requirit, vt eius pręcepta ſic impleantur, vt non peccetur contra illa, ſiue interim in modo implendi peccetur, ſiue non.---Verum quoque cum Patres docent gratiam eſſe neceſſariam ad non peccandum etiam contra legem naturæ, non tantum agunt de impletione legis quoad modum. vt illa impletio ad ſalutem conducat; ſed etiam quoad nudam ſubſtantiam, ad quod ſufficit fieri actus, qui præcipiuntur, etſi non fiant ſalutariter. ----Fides, etiam informis, omninò eſt virtus, ſeu bona qualitas mentis, à Deo infuſa, principium actus boni, qua tanquam principio nullus malè vti poteſt: tamen ſine charitate non habet actum virtutis perfectum, eo quod non faciat hominem bene agere, eo modo, quo ad vitam æternam promerendam eſt agendum: *in 2. 2. qu. 5. ar. 5.* ----Communis et certa ſent. eſt, fidem & ſpem poſſe eſſe ſine charitate, nempè eſſentialis ratio fidei, neque pendet à charitate, neque pręſupponit charitatem & certum eſt malos fideles eſſe in Eccleſia: & expectare beatitudinem ex meritis quæ licet non habeant modò, ſperant tamen ſe habituros ex diuina gratia: At non *ſunt* in Eccleſia abſque fide: & expectare beatitudinem eſt actus ſpei: in 1. 2. qu. 65. ar. 4. In 1. 2. q. 109. §. 4.

DAMNA-

DAMNATVS ART. XV.

166. RATIO meriti non conſiſtit in eo, quod qui bene operatur habeat gratiam, & inhabitantem Spiritum Sanctum, ſed in eo quod obedit legi.

Hoc eſt, gratia Chriſti non dignificat opera hominis ſupernaturalia, nec facit eſſe merita de condigno, proportionata præmio æternę gloriæ; quaſi verò nullum ſuperſit poſſibile meritum de condigno, ſola ſpectetur ratio naturæ in opere, ſeu ordinatio naturalis: n. 20. & ſeqq.

DAMNATVS ART. XVII.

SENTIVNT cum Pelagio, qui dicunt, eſſe neceſſarium ad rationem meriti, vt homo per gratiam adoptionis ſublimetur ad ſtatum Deificum.

Hoc eſt, Dignitas filij adoptati à Deo, euecti ad conſortium naturæ diuinę, nihilo reddit digniora opera, quæ in tali participatione naturæ radicem habent.

ANTITHESES ESTII.

NON conſtat comparatio inter opera moraliter bona eius, qui eſt in gratia, & eius, qui non eſt, quia ſunt diuerſi ordinis ratione finis intenti ab operante: illa quidem directa mediatè vel immediatè ad finem ſupernaturalem; hæc verò ad naturalem dumtaxat; iuxta opinionem nobis probatam, quod quidquid ab homine iuſtificato laudabiliter ac bene moraliter fit, totum id actu aut virtute tendere in finem ſupernat. 1. Ad Corin. 10. *Omnia in gloriam Dei facite.*

In 2. d. 26. § 43. Ordinis ergo diuini per ſe ſunt opera ſupernat.

ANTITHESES SYLVII.

167. Nota, ad rationem meriti non ſufficere opus qualitercumque bonum, etiam relatum in Deum, ſed debet eſſe factum ex gratia ſeu auxilio ſupernaturali. Vnde opera, quæ ſolum ſunt moraliter bona, etiamſi fiant ab homine iuſto, non poſſunt eſſe meritoria. Neque ad meritum ſatis eſt, quod actus fiat ex gratia actuali, ſed requiritur ſtatus gratiæ, & oportet quod actus proficiſcatur à perſona, quæ ſit iuſta & grata Deo per ſpiritum adoptionis in illa inhabitantem: ita vt ſi efficienter non procedat ab ipſa gratia ſanctificante, ab ea ſaltem informetur & perfectionem accipiat. Perſonæ enim operantis qualitas debet afficere opus, & reddere id dignum retributione. ---Nempè opera ſolis naturæ viribus facta non poſſunt eſſe proportionata ad vitæ ęternæ præmium, cum ſint omninò alterius ac inferioris ordinis. Hinc à Pio V. & Gregor. XIII. damnatus ar. 15. *Ratio meriti &c.* & 12. ac 13. n. 20. Conſequens omnino eſt, quod per nulla opera poſſimus mereri vitam æternam ſine gratia. Quod & Trident. clarè aſſeruit ſeſſ. 6. c. 16. dicens, quod *Chriſtus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, & concomitatur, & ſubſequitur* ET SINE QVA NVLLO PACTO DEO GRATA ET MERITORIA ESSE POSSVNT. --- Hoc eſt ad merendam vtrumque requiritur & ſtatus Filiorum Dei, & obſeruatio mandatorum eius; neque enim otioſis & nihil agentibus filijs vita illa promiſſa eſt, ſed laborantibus & obedientibus, ſiquidem laboris & obedientiæ ſunt capaces. Deinde nullus omnia mandata

In 1. 2. qu. 114. ar. 2. Si non requireretur gratia habitualis ad merendam vitã æternam, ſequeretur hominem ante remiſſionem peccatorum poſſe per auxilium Dei ſpeciale mereri vitam æternam de condigno, vti & ipſam remiſſionẽ de condigno, vel vita dignum, quã ponitur mereri, & ſimul morte dignum, ſi non meretur remiſſionem: *ibid. Omne opus bonum eſt meritorium vitæ æternæ, quod ſi aliquod remuneretur temporaliter tantum, non dignum vita æterna, illud malum eſt, quia nullum eſt opus meritorium, niſi æternæ vitæ:* hæc tota propoſitio repugnat Sacræ Scripturæ, ex Cenſura Pariſi.

Digitized by Google

data ſeruare poteſt ſine gratia habituali tota vita ſeu valde diu. ---- Denique illa omnia hominis iuſti opera ſunt vitæ ęternæ meritoria, quæ actu vel virtute fiunt ex imperio charitatis, ſiue ſit actus virtutis infuſæ ſiue acquiſitæ, QVIA CHARITAS EST RADIX MERITI &c. ibid. ar. 4.

Vide c 2. ſupra.

DAMNATVS ART. XIX.

168. OPERA iuſtitiæ & temperantiæ, quæ Chriſtus fecit, ex dignitate perſonæ operantis non traxerunt maiorem valorem.

Euertuntur omnia pariter metaphyſicæ principia, certè *actiones & paſſiones ſunt perſonarum*: hinc perſonæ dignitas ſpectatur in moralibus: quaſi verò Perſona diuina nil conferat formaliter ad ſalutem generis humani. Vnde ergo habuerunt tantum valorem Chriſti merita, ſi nullum à perſon.. ?

ANTITHESES ESTII.

MERITORVM Chriſti theſaurus immenſus & inexhauſtus eſt, propter conditionem perſonæ operantis, id eſt Filij Dei, cuius dignitas eſt infinita; ita vt merita ſufficere poſſint ſaluandis omnibus vbicumque & quomodocumque viuentibus, ſi vel mundi eſſent infiniti, vel generationes hominum infinitè durarent.- -Chriſtus cum non eſſet tantum homo, ſed & Deus, primum quidem à ſe habuit totum illud, vnde Deo pro offenſa humani generis ſatisfacere poſſet: deinde & tale pretium offerre potuit, quod eſſet valoris infiniti: quia enim eius paſſio, mors, & aliæ actiones fuerunt diuinæ perſonę actiones in natura humana, tantum valuerunt, quantum perſona agens. Licet autem propter hanc ipſam perſonæ dignitatem etiam minima quælibet paſſio Filij Dei ſufficere potuiſſet pro iuſto pretio redemptionis mundi (neque enim tam quid & quantum pateretur, quàm quis & quantâ charitate pateretur, ſpectabat Pater) voluit tamen Chriſtus per paſſionem & mortem crucis copioſam nobis exhibere redemptionem, vt tanto amoris beneficio deuinctos ad maiorem ſui amorem nos accenderet. ---- *Vnus pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.* 2. Ad Corin. 5. *Dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus.* 1. ad Tim. 2; & manifeſtius: *ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi,* 1. Ioan. 2. Sic & Aug. in Pſal. 129. Omnes redemit Chriſtus, ſi pretij valorem ſpectes, ſufficienter, non omnes efficienter, ſi effectum redemptionis ſpectes: non omnium peccata abſtulit, quia noluerunt.

In 3. d. 18. § 4. ar. § 3.

Quis credat ita periiſſe in primo homine merita libera, vt Chriſtus ea reſtituere non potuerit? Impetraſſet etiam iuſtitiam orig. niſi ad agonē relinqui concupiſcentiam melius iudicaſſet. Quaſi verò Chriſtus mereri non potuerit nobis merita libera ſeu liberi arb liberè cooperantis.

ANTITHESES SYLVII.

169. Operationes Chriſti licet in ratione entis finitæ ſint, fuerunt tamen propter ſuppoſitum diuinum valoris infiniti multò aliter quam peccatum: quia perſona operans habet ſe reſpectu ſui operis (præſertim vitalis & immanentis) per modum intrinſeci; perſona verò in quam peccatur eſt quid extrinſecum. Hinc eſt etiam quod in humanis tantò maioris æſtimatur humiliatio & ſatisfactio, quanto procedit à perſona digniore; vt quę eſt à rege, quàm quę eſt à milite. Porrò hic valor, qui dicitur infinitus non eſt aliqua ſubſtantialis ſeu phyſica entitas infinita, quæ ſit intrinſeca operationi ſatisfactoriæ, (licet illa infinitudo ſupponatur in perſona ſatisfaciente, ad quam operatio illa dicit habitudinem, ſicut ad principium elicitiuum) ſed eſt dignitas & appretiatio ſecundum æſtimationem moralem, qua operationes

In 3. p q. 2. ar. 2.

Perſona offerens opera ſua, ſeipſam cum illis offert in obſequium.

Digitized by Google

eiuſmodi dignæ ſunt infinita æſtimatione propter infinitam dignitatem perſonæ. Humanitas erat inſtrumentum diuinitatis ad illas, at Verbum diuinum operabatur: actiones enim ſunt ſuppoſitorum. ---Chriſti ſatisfactiones & merita potuerunt eſſe ex perfecta iuſtitia, cùm omnis illa gratia quam habuit, & cuius proprietatem Deus ſemper retinuit, non fuerit perſonę ſatisfacienti & merenti collata, ſed humanitati: *in* 1. 2. *qu*. 114. *a*. 1. *concl*. 1. Quantò perſona eſt dignior, tanto grauior iniuria eſt quæ fit ipſi; ſi perſona eſt ſuperioris ordinis, etiam iniuria eſt ſuperioris rationis; nam grauitas offenſę creſcit ex dignitate perſonę: ſatisfactionis autem valor creſcit ex perſona ſatisfaciente &c. *ibid*. 1. 2.

Si nullus ſit valor à perſona, nunquid in dubium reuocatur noſtra redemptio?

DAMNATVS ARTIC. VIII.

170. IN redemptis per gratiam Chriſti nullum inueniri poteſt bonum meritum, quod non ſit gratis indigno collatum.

Hoc eſt, non tantum prima gratia indigno confertur ac peccatori; ſed nec iuſtus de condigno gratiam vllam meretur, nec merendi vim Chriſtus ei promereri potuit; imò nec gratia ſeu dignitas dignificat opera, nec ſemen gloriæ habet proportionem cum gloria: vel gratia, quæ eſt ius ad gloriam, non poteſt dare operibus ſuis ius ad gloriam. Hoc quidem eſt redigere ad nihilum gratiam Chriſti.

Certè ſecunda gratia confertur digno ſeu dignificato per primam gratiam. In 1. diſt. 40. §. 6.

ANTITHESES ESTII.

HOMO iuſtificatus iam eſt dignus vita æterna, etſi vt ex indigno dignus efficeretur indignus fuerit, & vita ęterna præparata ei fuerit ante pręuiſionem meritorum.

ANTITHESES SYLVII.

PRÆSVPPOSITA ordinatione diuina homo poteſt aliquid mereri à Deo, idque verè ac propriè, quod FIDĘ CERTVM EST; imò EX CONDIGNO; cui oppoſitum dicere eſt multum temerarium. Rem enim aſſerunt Scripturę & Concilia, ſcilicet, dari opus, cui propter dignitatem debetur merces ex iuſtitia; quamuis illa dignitas proueniat ex gratia collata perſonæ, quę meretur. Deus enim dedit homini poteſtatem bene operandi, & certum ei promiſit præmium operum. Hoc autem ſufficit, vt verè ac propriè poſſit à Deo mereri, etſi non ſufficiat ad meritum perfectè rigoroſum: quia illis pręſuppoſitis opera hominis poſſunt habere aliquam condignitatem & proportionem ad præmium, quamuis non abſolutam æqualitatem.

In 1. 2. q. 114. ar. 1.

DAMNATVS ART. X.

171. SOLVTIO pœnæ temporalis, quę peccato dimiſſo ſæpe remanet, & corporis reſurrectio, NONNISI meritis Chriſti tribuenda eſt.

Hoc eſt, Chriſtus non potuit mereri nobis gratiam, quà ſatisfaciamus cum Ipſo pro vllâ pœnâ temporali, quam malè meriti ſumus in hac vita vel in altera: ipſe ſolus ſatisfecit, & eius ſatisfactio nobis extrinſecus applicatur: At quomodo ſatisfacit, ſi nulla ſit habenda ratio dignitatis ipſius perſonalis?

DAMNA-

Digitized by Google

DAMNATVS ART. LXXIII.

SATISFACTIONES laborioſę iuſtificatorum, non valent expiare de condigno pœnam temporalem reſtantem poſt culpam condonatam.

Hoc eſt, ſi puer vnicum veniale commiſiſſet, reliquum vitæ in maxima auſteritate ageret, quantumuis incrementum diuinę gratiæ per Chriſtum collatæ non dignificaret ipſum ſufficienter ad cooperandum de condigno ſatisfactioni pro illo veniali.

DAMNATVS ART. LV.

QVANDO per eleemoſynas, aliaque pœnitentiæ opera Deo ſatisfacimus pro pœnis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis noſtris offerimus, ſicut quidam errantes autumant; nam alioqui eſſemus ſaltem aliqua ex parte redemptores, ſed aliquid facimus, cuius intuitu Chriſti ſatisfactio nobis applicatur & communicatur.

DAMNATVS ART. LVI.

PER paſſiones Sanctorum in indulgentijs communicatas non propriè redimuntur noſtra delicta, ſed per communionem charitatis nobis eorum paſſiones impertiuntur, vt digni ſimus, qui pretio ſanguinis Chriſti à pœnis pro peccatis debitis liberemur.

Hoc eſt, ſatisfactiones Sanctorum, ſunt per puram applicationem, ſeu imputationem extrinſecam ſatisfactionum Chriſti; & qui pro ſeipſis neutiquam ſatisfecerunt de condigno, dignos faciunt nos, qui liberemur pretio Sanguinis Chriſti.

Certè ſicut homo dicitur peccata pœna ſue peccatorũ redimere Dan. 4. Enchir. c. 67. & c. ſic & ſeipsũ, quadam ex parte, ſc. quoad pœnas tẽporales, redimere dici poteſt: *Sylvius infra cit.*

ANTITHESES ESTII.

172. PERFECTAM ſatisfactionem pro pœna æterna ſolus Chriſtus Patri exhibuit, cuius tamen intuitu & illam dignatur Pater ſuſcipere, quam ei ad abolendum pœnæ æternę reatum pro modulo ſuo præſtat humana fragilitas. At verò poſt remiſſam culpam ſatisfactiones pœnitentium MERITO IVDICANTVR SVFFICIENTES, & quadantenus perfectæ, nimirum comparatę ad pœnam temporalem, quæ remiſſa culpa reſtat adhuc luenda; ſi tamen fiunt iuxta modum & quantitatem criminum, vt exigit diſciplina Eccleſ. Hoc enim pacto iuſta fit compenſatio pœnæ temporalis pro temporali, præſertim cum per reconciliationem pœnitentis DIGNITAS QVÆDAM OPERIBVS EIVS ACCESSERIT, eo quod procedant ex charitate per inhabitantem Dei ſpiritum; ideoque pretioſius multo iam apud Deum æſtimatur quidquid in vindictam peccati ſuſcipitur, quàm quod ante reconciliationem ſuſcipiebatur, ſiquidem vt ait S. Leo ſerm. de collec. idcirco exigua iſta impendia tanta æſtimari taxatione merentur, quia pondera operum charitatis lance penſantur. Verumtamen ad huius quoque ſatisfactionis perfectionem ABSOLVTAM aliquid deeſt: non enim talis eſt vt nullius alterius

In 4 d. 15. § 11.

gratiam includat, vel ex ea dependeat (quæ abſoluta perfectio in ſola Chriſti ſatisfactione reperitur, vt poteſt prorſus independente) ſed vti declarat Triden. ſeſſ. 14. c. 8. ea nobis eſt per Chriſtum Ieſum, in quo ſatisfacimus facientes fructus DIGNOS pœnitentiç, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre.

Subſtantia creata eſt vera ſubſtantia, licet dependens à Deo: ita ſatisfactio iuſti, eſt vera ſatisfactio licet dependens à Chriſti ſatisfactione abſoluta.

173. Indulgentia ſupplet defectum ſatisfactionis eius, qui conceditur indulgentia, ſicut remiſſio pœnæ æternæ ſuppletur per paſſionem Chriſti. Suppletur autem hic defectus ex theſauro meritorum Chriſti & Martyrum eius aliorumque Sanctorum, qui per Eccleſiæ Prçlatos applicantur ijs, quibus pœnç condonantur. De quo theſauro Clemens 6. in extrauag. *Vnigenitus*, dicit Chriſtum ſuperabundanti paſſione ſua infinitum theſaurum Eccleſiæ militanti reliquiſſe, *Quem quidem Theſaurum*, inquit, *non in ſudario repoſitum, non in agro abſconditum, ſed per B. Petrum cæli clauigerum eiuſque ſucceſſores, ſuos in terris Vicarios commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum.---- Ad cuius quidem theſauri cumulum B. Genitricis Dei, & omnium electorum, à primo iuſto vſque ad vltimum, merita adminiculum præſtare noſcuntur.* Illâ Chriſti ſatisfactione proprijſsimè infinitus & inconſumptibilis hic theſaurus vocatur: deinde in COMMVNIONE SANCTORVM, quam in ſymbolo confitemur, qua fit vt in Eccleſia Dei aliorum merita & paſsiones alijs tanquam eiuſdem corporis membris applicari & prodeſſe poſsint, vt *aliorum abundantia, aliorum inopiæ ſit ſupplementum*: 1. Ad Corin. 8.

ANTITHESES SILVII.

174. RESPONSIO ad fidem pertinens definita in Conc. Triden. ſeſſ. 14. can. 13. eſt, hominem poſſe Deo ſatisfacere: & ſatisfactio præcipitur: nihil autem impoſsibile præcipitur à Deo Luc. 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ*, id eſt quæ decent profitentes veram pœnitentiam. Eſt ergo ſatisfactio neceſſaria, non abſoluta neceſſitate medij, cum Chriſtus ſi iudicaret expediens, poſſet totam pœnam ſimul cum culpa tollere, vt facit in baptiſmo: ſed præcepti, quod habetur ex inſtitutione Sacramenti eiuſque neceſſitate, ex ſcripturis & traditione: nam Apoſtoli iniũxerunt ſatisfactiones, vt Deo ſatisfieret, non tantum Eccleſiæ. Alioqui ad nullam teneretur ſatisfactionem, qui occultè peccaſſet, quod Cypriano tract. de lapſis, & alijs Patribus ac rationi repugnat. Docet B. Tho. hominem non poſſe Deo ſatisfacere ſecundum çqualitatem quantitatis, ſiue abſolutam, ſed proportionis: quia ſicut Deo ſatis eſt, ſi pro beneficijs acceptis reddamus quod poſſumus, ita etiam illi ſatis eſt, ſi propter offenſam adferamus compenſationem quam poſſumus. Quç proportio conſiſtit in hoc, quod quo modo ſe habet ad Deum id quod illi debemus, ita ſe habet ad hominem, id quod ab eo prçſtari poteſt: vnde miſericordiam ſuam oſtendit Deus, quod eiuſmodi compenſationem admittat: gratuita enim eſt admiſſio ſatisfactionis, etſi hçc foret exacta.--- Dicendum quoque quod ſatisfactio noſtra expiet pœnam temporalem de condigno, ac propterea tenendum, hominem verè ac propriè ſatisfacere coram Deo: opera enim bona quæ fiunt ab homine reconciliato per ſpiritum Dei, ab eodem Spiritu accipiunt quandam rationem INFINITATIS, vt ſint ſatisfactoria de condigno pro pœna reſtante, ſicut ſunt æternç vitæ meritoria de condigno, vt B. Tho. indicat hîc ad 1. & Trident. ſeſſ. 6. c. 14. & ſeſſ. 14. can. 13. & 14. affirmat ſcilicet quod pœnitentes ſatisfactionibus per Chriſtum

In ſuppl. qu. 13. ar. 1.

peccata

peccata REDIMANT, id eſt pœnas temporales peccatis debitas. REDEMPTIO autem eſt opus iuſtitiæ, ſicut ſatisfactio, & importat condignitatem, ad quam nil deeſt, vbi ſatisfaciens viator eſt, iuſtificatus, & opus procedit ex gratia, cuius ratione habet aliquam ęqualitatem, & extat promiſſio diuina *Prou.16. Dan. 4. &c.* quia tamen hæc ſatisfactio, non eſt ex proprijs homini, ſed eſt ex gratia Chriſti, ideo non eſt ex rigore iuſtitiæ, nec abſolutam habet æqualitatem. Chriſtus pleniſſimè quidem ſatisfecit, pro omni culpa & pœna quoad ſufficientiam, non autem quoad efficientiam; non enim omnes à culpis & pœnis liberantur, ſed illi, quibus pretium ab eo oblatum applicatur eo modo quo ipſe inſtituit: vnde ſicut non applicatur impœnitentibus ad remiſſionem culpæ aut pœnæ, ita nec ſtatim integrè applicatur pœnitentibus ad ſolutionem totius pœnæ, ſed tunc quando fuerit eis applicatum & per ſacramenti collationem, & per opera ſatisfactoria. Neque verò noſtra ſatisfactio adminiculum præbet ſatisfactioni Chriſti, ſed illi coniungitur vt ab illa dependens, & ex illa vim ſatisfaciendi habens, vt per noſtram illa illuſtretur, dum tribuit noſtris operibus, vt ſuo gradu ſatisfactoria eſſe poſſint, condignè pro pœna reſtante, ſi ſit Dei Filius per gratiam effectus; imperfectè ſiue congruè, ſi ad reconciliationem adſpiret.

Sufficientia gratiæ ac meritorum Chriſti illuſtratur.

175. Indulgentia eſt remiſſio pœnæ, peccatis quoad culpam remiſſis debitę, facta extra Sacramentum, ab eo qui habet ſpiritualem iuriſdictionem diſpenſandi theſaurum Eccleſiæ: cùm verba Matth.16. *Quodcumque ſolueris ſuper terram*, ſint generalia, & complectantur omnem poteſtatem tollendi quælibet vincula obſtacula, quibus homines impediri poſſunt à conſecutione regni cæleſtis; ſecundum naturam & conditionem eorum quæ ſoluuntur. Conditio culpæ mortalis eſt, vt remitti nequeat ſine infuſione gratiæ, quam Miniſtri Eccleſię non poſſunt in alijs cauſare niſi per ſacramenta: reatus vt tollatur non poſtulat infuſionem gratiæ, ſed eam præſupponit. Cumque Eccleſiæ data ſit poteſtas obligandi ad pœnas pro peccatis debitas, negari ei nequit poteſtas eas ex cauſa remittendi, etiamſi verè coram Deo in futuro ſęculo debitæ ſint. Theſaurus hic eſt valor paſſionum & ſatisfactionum Chriſti & Sanctorum, qui non fuerit illis neceſſarius ad expiationem propriorum peccatorum: nam Sancti non pauci plura mala perpeſſi ſunt quam eorum peccata propria mererentur: atque adeò ſuperabundarunt ſatisfactionibus, quę in theſaurum eccleſię ſunt relatæ, cum obliuioni à Deo tradi non potuerint martyria, ac confeſſorum, virginum, &c. ſanctiſſimè viuentium longa, dura, ac pœnalis vita. Quæ merita SS. ſic adduntur ad theſaurum, meritis Chriſti principaliter innixum, vt hic augeatur extenſiuè, quatenus accreſcit numerus operum, non intenſiuè, quia ſic eſt infinitus, nec quoad virtutem: huc referuntur illa, ne ſint otioſa, vtque ſancti hoc honore gaudeant, & efficacia meritorum Chriſti magis eluceſcat, quæ non tantum per ſe poſſunt expiare peccata, ſed etiam efficere, vt merita Sanctorum habeant vim expiandi reatum pœnę temporalis poſt culpam dimiſſam reſtantis: hinc quantò *plures ex ipſius applicatione trahuntur ad iuſtitiam, tantò magis accreſcit ipſorum cumulus meritorum*: Clemens VI. *cit. extrauag* Tamen vt aliquis ſimpliciter dicatur REDEMPTOR NOSTER, oportet quod per ſatisfactionem valentem ex rigore iuſtitiæ nos eripiat à ſeruitute peccati tam quoad culpam quam quoad pœnam: quod eſt proprium Chriſto. Liberare autem à reatu pœnæ reſtantis, non eſt redimere ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

In Suppl. q.75. ar.1.

Digitized by Google

DAMNATVS ART. XVIII.

176. OPERA Cathecumenorum, vt fides & pœnitentia ante remiſſionem peccatorum ſunt vitæ æternæ merita, quam vitam ipſi non conſequentur, niſi priùs præcedentium delictorum impedimenta tollantur.

Hæreticus, ſchiſmaticus, & homo non purè infidelis, meretur quandoque de condigno vitam æternam: eſt propoſitio hæretica iuxta cenſum Pariſ. In 4. diſt. 1 § 11. 12.

Hoc eſt, inimicus Dei in ſtatu peccati mortuus poteſt facere opera viui vel viuificanda, dignaque æternæ vitæ; nec Deus potuit inimico ſuo non promittere vitam æternam, ſi hic fidem dumtaxat, & pœnitentiam qualemcumque obtruderet: vitam ęternam quam gratia ſanctificans non meretur cum operibus ſuis, meretur natura eiuſque opera, & fides mortua, ac pœnitentia imperfectiſſima.

ANTITHESES ESTII.

PER fidem inchoatur iuſtitia noſtra, ſimul & impetratur tota ſequens iuſtitia: ita fides totius iuſtitiæ fundamentum eſt, EXCLVDENS LEGEM AC NATVRAM, ex quibus nemo iuſtus viuit. Fidem verò manifeſtum eſt remiſſione peccatorum anteriorem eſſe. Sed tota hominis iuſti conuerſatio, omniaque eius ſancta opera ex fide per DILECTIONEM operante procedunt. Vita æterna promittitur, non abſolutè, ſed legitimè certantibus, ſcilicet in ſtatu gratiæ ex fide pœnitentiam agentibus multumque diligentibus, vt Magdalenæ, *quia dilexit multum.*

ANTITHESES SYLVII.

DIVERSI articuli, vnus dicens, *Opera cathecumenorum &c.* cum multis alijs condemnati ſunt à Pio V. & Gregor. XIII. Conſequens igitur eſt, quod per nulla opera poſſimus mereri vitam æternam ſine gratiâ. ---- nempè ſi non requireretur gratia habitualis ad merendam vitam ęternam, ſequeretur hominem ante remiſſionem peccatorum poſſe per auxilium Dei ſpeciale mereri vitam æternam de condigno; hoc autem dici non poteſt, partim quia conſequens foret, quod & ipſam peccatorum remiſſionem de condigno mereri poſſet (nam ſtatus filiorum non requiritur magis ad merendam illam remiſsionem, quam ad merendam vitam æternam) partim quia ſequeretur, eundem eſſe dignum morte, & vita ęternâ, morte quidem, quia peccata mortalia non ſunt ei remiſſa, vita autem, quia ponitur illam mereri. In 1. p. qu. 114. ar. 2.

DAMNATVS ART. LX.

177. ILLA diſtinctio duplicis iuſtitię, alterius quæ fit per Spiritum charitatis inhabitantem; alterius quę fit ex inſpiratione quidem Spiritûs Sancti cor ad pœnitentiam excitantis, ſed nondum cor inhabitantis, & in eo charitatem diffundentis, quâ diuinæ legis iuſtificatio impleatur, reijcitur.

DAMNATVS ART. LXI.

ITEM & illa diſtinctio duplicis viuificationis, alterius, quâ viuificatur peccator, dum ei pœnitentia & vitæ nouę propo-

ſitum,

Digitized by Google

ſitum, & inchoatio per Dei gratiam inſpiratur; alterius, quâ viuificatur, qui verè iuſtificatur, & palmes vnus in vitæ Chriſto efficitur, pariter commentitia eſt, & ſcripturis minimè congruens.

Hoc eſt, opera, quæ ante remiſſionē peccatorum volunt eſſe vitæ æternæ merita quantumuis mortua (non tantum mortificata, vt quæ in ſtatu gratiæ ante peccatum ſunt parta) nolunt dici viuificata inchoatiuè, cum tamen ad vitam gratiæ proximè ſaltem cum ſacramento diſponant.

ANTITHESES ESTII.

INDVBITANTER tenendum eſt, ſicut & fidem, ita & ſpem, rectè diſtingui in formatam & informem, viuam & mortuam: nam poteſt peccator ſperare vitam æternam ex meritis ante peccatum comparatis, quæ etſi mortificata ſint per ſubſequens peccatum, iterum tamen viuificari poſſunt per gratiam &c. In 3 d. 23. §. 2.

ANTITHESES SYLVII.

OPERA dicuntur mortua, ſi carent principio vitæ, vt quę ſunt, moraliter & ex genere ſuo bona, ſed ab eo qui eſt extra ſtatum gratiæ facta; nec viuificantur per ſubſequentem pœnitentiam *ſeu remiſſionem peccatorum*; quia cùm nunquam fuerint viua & tranſierint, nec poſſint eadem numero redire, non poteſt fieri, vt iam fiant ex Spiritu Dei & vitam accipiant. Hæc tamen quę fiunt à pœnitentibus propter ſpem vitæ ęternæ, ex gratia Dei non quidem adhuc inhabitantis, ſed eos præuenientis & mouentis; etſi non ſint viua ſimpliciter, quia non procedunt à principio vitæ habituali; nec tamen ſunt omninò mortua, cum fiant ab homine, qui viuificari incipit per operationem Dei, dantis ei vitę nouæ propoſitum & inchoationem. Præter illam enim viuificationem, quâ is viuificatur, qui verè iuſtificatur, & palmes viuus in vite Chriſto efficitur, agnoſcenda eſt & alia viuificatio, quâ peccator viuificatur, dum ei pœnitentia, & vitæ nouæ propoſitum, & inchoatio per Dei gratiam inſpiratur, ſi nolumus incurrere in articulum 61. inter eos, qui à Pio V. ſunt damnati. --- Diſtinguenda eſt duplex vita ſeu viuificatio cum Theologis Louan. ad artic. 61. à Pio V. damnatum: *Vna*, quâ peccator viuificatur, dum ei pœnitentia & nouæ vitæ propoſitum ac inchoatio inſpiratur, quod ſignificatum fuit per ſuſcitationem Lazari: *altera* quâ per miniſtros abſoluitur à culpa peccati & à reatu mortis æternæ, iuſtuſque ac Dei Filius conſtituitur; quod ſignificatum eſt per ſolutionem Lazari iam ſuſcitati; conſiſtit vita prioris generis cum peccato mortali; non poſterioris: *in Supplem. q. 5. art. 1.* In 3 p. qu. 88. ar. 6.

CAPVT XV.

DAMNATORVM ARTICVLORVM:

Charitatem Dei perfectam non iuſtificare: imperfectam, nec cum Sacramento prodeſſe; gratiam ſanctificantem nullam; nec alia eſſe merita Chriſti.

DAMNA-

DAMNAT. ART. XXX. XXXI. XXXII. LXVI. & LXVII.

178. CHARITAS perfecta & ſincera, quæ eſt ex corde puro & conſcientiâ bonâ, & fide non fictâ, tam in Cathecumenis, quàm in pœnitentibus poteſt eſſe ſine remiſſione peccatorum. Charitas illa, quæ eſt plenitudo legis, non eſt ſemper coniuncta cum remiſſione peccatorum. Catechumenus iuſtè, rectè & ſanctè viuit, & mandata Dei obſeruat, & legem implet per charitatem ante obtentam remiſſionem peccatorum, quæ in Baptiſmi lauacro demum percipitur.

Homo exiſtens in peccato mortali ſiue in reatu æternæ damnationis, poteſt habere veram charitatem, & charitas etiam perfecta poteſt conſiſtere cum reatu æternæ damnationis. Per contritionem etiam cum charitate perfectâ, & cum voto ſuſcipiendi Sacramentum coniunctam, non remittitur crimen extra caſum neceſſitatis aut martyrij, ſine actuali receptione Sacramenti.

Vide infrà n. 193. Prou. 8. v. 17 *Ego diligentes me diligo*: non de futuro *diligam*. hinc *nemo ſe amari diffidat, ſi iam amat*, ait Bernard. ep. 170. OMNIS *qui diligit ex Deo natus eſt*, non ſeruus peccati, 1. Io. 4. *& qui manet in charita-te, in Deo manet & Deus in eo:* ibid. *Homo exiſtens in peccato mortali, ſiue eius reatu ad æternam mortem, habet in ſe charitatem*; eſt hæretica propoſ. iuxta Cenſuram Pariſi.

* Hoc eſt: Chriſti gratia actualis non ſufficit, vt perfecto Dei amori ſuper omnia, tribuat rationem infallibilis diſpoſitionis ad iuſtificationem, nec Sacramenta Chriſti vlla ſufficiunt, vt veriſſimè attrito gratiam iuſtificantem impertiant.

ANTITHESES ESTII.

179. AB errore excuſari non poſſunt, qui docuerunt attritionem, quæ ſola cum Sacramento ſufficiat ad obtinendam gratiam iuſtificationis, haberi poſſe ex ſolis viribus naturæ. Eam bene & doctè refutat Medina *art.* 6. ex Scriptura & Concilijs Arauſi. & Triden. oſtendens, attritionem, quæ cum Sacramento ſufficiat, agnoſci oportere ſupernaturalem, & gratiæ præuenientis effectum. Nemo enim adultus iuſtificatur ſine pręparatione neceſſaria ante Sacramenti ſuſceptionem: ſi ergo ſola attritio ex facultate naturę habita cum Sacramento ſufficiat ad iuſtificationem, euidenter ſequitur poſſe hominē ſine auxilio gratiæ ſolis naturæ viribus ad ipſam iuſtificationis gratiam ſe præparare; hoc eſt ſine gratia ſe pręparare ad gratiam, & ad errorem Pelagij pertinet. --- Attritio ea quæ ſufficit ad obtinendam per Sacramentum reconciliationem, imperfecta contritio eſt, vtpotè voluntatem peccandi excludens, vt docet Triden. *ſeſſ.* 14. *c.* 4.

In 2. d. 26. §. 34. in 4. d. 15. §. 2. *Per contritionem, non adhibito realiter Sacramento Baptiſmi vel pœnitentiæ, non dimittitur crimen extra caſum martyrij & neceſſitatis*, cenſetur propoſitio hæretica à Pariſienſibus à quâ alieniſſimum ſemper fuiſſe Eſtium, certum iudicium eſt Auditorum ipſius hodie ſuperſtitum.

180. Timor ſeruilis ſub gratia Chriſti non continetur, cum ſit effectus veteris legis, & manum quidem coercet à perpetratione peccati, ſed VOLVNTATEM NVLLA EX PARTE CORRIGIT: vnde nec Adam, quando audita voce Dei timuit: nec filij Iſrael, quando magno cum timore audierunt legem promulgari, per huiuſmodi timorem, gratiæ Chriſti participes facti ſunt, ſed beneficij cuiuſdam per legem præſtiti, de quo Paulus ad Rom. 8. *Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore*: Neque enim omnia Dei beneficia conferuntur per Chriſtum, ſed ſola ea quæ propriè & per ſe condu-

In 2. d. 26. §. 1. § 10. Certû nihilominus eſt Deum nihil impetraſſe per legem Iſraelitis, quin iiſdē dederit gratiam ſufficientē ad illā implendam.

cunt

cunt ad ſalutem vitæ ęternę, ex Arauſi. can. 7. --- Timor gehennæ quamdiu ſeruilis eſt, etiamſi aliquem de peccato dolorem ſecum adferat inquantum ex peccato ſequitur pœna, non eſt beneficium Chriſti, ſed effectus legis: nam & damnati ſub ea ratione dolent de peccatis, & quâdam eorum pœnitentiâ tanguntur *Sapi.* 5. ſed talis dolor amorem affectumque, quatenus auertit hominem à Deo ſimpliciter nec tollit nec minuit. Vnde nequaquam ſufficit ad gratiam iuſtificationis etiam accedente Sacramento, neque omninò ad eam gratiam diſponit. Verum ſi ordinetur timor gehennæ ad deteſtandum ex animo & relinquendum peccatum, vt eſt Dei offenſa, hac ratione pertinebit ad gratiam Dei per Chriſtum, ac multò magis ipſa talis peccati deteſtatio & fuga. --- Neque enim ille timor eſt vitioſus ex ſe, quatenus timor pœnę eſt, ſed quatenus ſeruilis, ſeu habens malum ſemper coniunctum, nempé in animo peccandi deſiderium: ſeruile enim eſt ſolo timore pœnæ abſtinere à malo; & malum quod velis, præ timore non facere. In 3. d 34. § 5. 6. 7 8.

181. Porro initialis timor medius eſt inter ſeruilem & filialem, qui filialis alijs nominibus dicitur caſtus, ſanctus, ingenuus, amicabilis, reuerentialis: quo quis metuit Deum, & per offenſam, id eſt, per culpam ab eo ſeparari, vel certè Deum reueretur tanquam ſupremum omnium Dominum ac peccatorum iuſtiſſimum vindicem. Initialis ergo timor, cùm ſit medius, is rectè intelligitur qui à malo retrahit, & ad bonum impellit, partim timore pœnæ, partim amore iuſtitiæ, ita vt ſimul pœnam & offenſam reſpiciat, alterum habens commune cum timore filiali, alterum cum ſeruili. Triplex hic *timor Domini* dicitur, quo vel ſimpliciter, vel aliquo modo ad Deum acceditur, & à peccato receditur. Timoris ſeruilis obiectum eſt malum pœnæ, filialis verò malum culpæ; initialis vtrumque & comparatur ad filialem vt charitas imperfecta ad perfectam; nam timor hic pœnæ verſatur etiam circa offenſam ac ſeparationem à Deo. --- Perſpicuum eſt, quàm ſit Sacris literis ac Patrum doctrinæ conſentaneum, quod in Triden. legitur ſeſſ. 6. c. 6. ***Peccatores à iuſtitia Diuinæ timore, quo vtiliter concutiantur ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem erigi***, & quod habet can. 8. ***Siquis dixerit gehennæ metum per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccato abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores peiores facere, anathema ſit.*** --- Ita Aug. de catechiz. rudib. c. 17. Verè Chriſtianum eſſe eum pronuntiat, qui ***Chriſtum colit, vt non eat in ignem æternum, etiamſi nondum eo peruenerit, vt plus amet Dominum, quam timeat gehennam.***

Omninò poſſibile eſt, vt, quis in peccãdi propoſito conſtitutus, muret voluntatẽ ex pœnæ formidine, ac peccatum deteſtetur, nec peccet deteſtando, ſed ad perfectiorem charitatis actum ſe diſponat.

182. Sicut non peccat infidelis timens ignem, & ex eo timore aliquid faciens, quod ſecundũ ſe non ſit malum, licet timor ille non ex amore iuſtitiæ procedat, ſed tantum ex amore vitę temporalis: ita nec peccat fidelis dum metuit gehennam, & hoc metu facit opus legis nulla circumſtantia deprauans actum ſuum ſiue internum ſiue externum, licet non ex amore iuſtitiæ timor & opus proficiſcantur. Procedit enim ex amore, quo naturaliter ſibi quiſque vult bene, & in genere felicitatem appetit: qui amor velut informis, accedente eo amore quo ipſum in particulari ſummum bonum ſuper omnia diligitur, quodammodo informatur. Peccat autem vel actu vel habitu, qui SOLO timore pœnæ ab opere peccati abſtinet, quia ſcilicet voluntatem gerit adhuc iuſtitię inimicam & legi Dei contrariam. Ratio: quod ſit ex SOLO timore pœnę, non ſit ex amore iuſtitiæ, qui tamen ad opus bonum tanquam neceſſaria circumſtantia requiritur. Cum nec Gentilium opera, in

P quibus

quibus nullus eſſet amor iuſtitiæ, reprehenſionem effugiant: etſi enim Deum non cognouerint, aliquatenus tamen iuſtitiæ bonum amarunt, & ex eo amore bona fecerunt: ita nec vbi amor iuſtitiæ deeſt, vti deeſt in homine, qui tantum hoc ſpectat vt pœnas euadat, alioqui facturus quod prohibetur. ---- Cæterum timor licet neque ſit iuſtitia, neque quid iuſtitiæ, quia ſeruilis eſt, rectè vocatur initium pœnitentię, iuſtitiæ, ſapientiæ; quatenus hominem per peccatum à Deo alienatum, ad pœnitentiam, iuſtitiam, ſapientiam & ad Deum reuocat. Ex quo liquet quàm falſum ſit illud Lutheri; *Timorem pœnæ hominem abducere à Deo, & facere magis hypocritam.* ---- Timor filialis coniunctus eſt cum gratia & remiſſione peccatorum, quæ eſt pœnitentię finis.

In 4. d. 15. § 13. Pœnitentiæ initium eſſe à timore, quò ita timetur pœna, vt nondũ ametur iuſtitia.

183. Attritionis nomen doctrinæ cauſa excogitatum, eſt imperfecta & aliquouſque progreſſa pœnitentia, ex gr. ex timore gehennę; qui etſi donum Dei ſit, quia tamen per ſe non ſufficit ad excludendam omninò voluntatem peccandi, niſi acceſſerit amor iuſtitię, non ſufficienter hominem prępărat ad peccati remiſſionem per Sacramentum pœnitentiæ: Vti nec qui dolet de peccato propter Dei offenſam, non tamen abſoluta & efficaci voluntate deponit peccandi affectum, quæ vocatur *Velleitas.* Ad contritionem requiritur vera animi conuerſio ad Deum vt ſummè dilectum, & omnibus Prælatum: quę accedente Sacramento ſufficit ad iuſtificationem, imò & ſine Sacramento, quando Sacramenti ſuſceptionem in periculo mortis excludit neceſſitas. Nullus ſiquidem intenſionis gradus abſolutè neceſſarius eſt ad culpæ remiſſionem: Ita Triden. ſeſſ. 14. c. 4. & can. 5 diſertè excludit voluntatem peccandi, & includit propoſitum melioris vitæ. Per quod ab hac imperfecta contritione (quam & perfectam attritionem nominare licet) remouetur omnis ea attritio, quæ ex SOLO timore pœnę naſcitur. Quod Patres Triden. requirant Dei ſuper omnia dilectionem vt diſpoſitionem neceſſariò præuiam ad iuſtificationem apparet ex cap. 6. ſeſſ. 6. vbi volunt vt peccator priuſquam iuſtificetur, Deum tanquam omnis iuſtitię fontem diligere INCIPIAT; & c. 4. ad pœnitentiam baptiſmalem requirunt cor contritum: & humiliatum; & can. 3. pręſupponunt, quod homo debeat credere, ſperare, diligere, pœnitere *ſicut oportet*, hoc eſt, rebus omnibus anteponere. ---- Sic multum nobis pręſtitum eſt cum Sacramento, ſcilicet vt per Sacramentum quodammodo certi & ſecuri efficiamur de reconciliatione & gratia Dei, QVÆ ETSI CONTINGIT INTERDVM SINE SACRAMENTO, nunquam tamen ſine eius voto. --- Itaque quoties ante actualem Sacramenti ſuſceptionem peccatum remittitur, neceſſe eſt vt pręter contritionem adhuc miſericorditer ſuppleatur à Deo Sacramenti defectus ad effectum remiſſionis: *in 4. d. 17. §. 2. Si quis non amat Dominum N. I. C. anathema ſit 1. Cor. Vlt.* Impium autem eſt dicere anathema catechumeno vel pœnitenti ad gratiam remiſſionis *peccatorum* adſpiranti. Tales igitur non ſunt ſine amore ac dilectione Dei. Conc. Arauſ. c. vlt. *Deus nullis præcedentibus meritis & fidem & amorem ſui priùs inſpirat, vt baptiſmi gratiam fideliter requiramus.* Manifeſtiùs Triden. ſeſſ. 6. c. 6. *peccatores pœnitentes, priuſquam iuſtificentur, Deum tanquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiunt*

In 4 d. 16. §. 9 Quid attritio & quomodo differat à contritione.

Ad dolorẽ iuſtificantem nullã requirit auctor intenſionẽ, ſed propoſitum melioris vitæ cum excluſione voluntatis peccandi, & aliquẽ amorem iuſtitiæ. At hæc omnia reperiuntur in attritione; ergo non negat attritionẽ aliquam cum Sacramento non ſufficere ad iuſtific.

184. Charitas in ſolis Dei Filijs, id eſt regeneratis vel reconciliatis, iuſtis & per hoc Dei amicis agnoſcitur quod de charitate perfecta, infuſa, ſincera, quæ eſt ex corde puro & conſcientia bona & fide non ficta, quęque legis eſt pleniťu-

Nemo antiquorum ita perfectè diſtinxit attri-

Digitized by Google

plenitudo intelligi debet.--- Præterea eſt quædam laudabilis dilectio Dei, quæ remiſſionem peccatorum vel in catechumeno vel in pœnitente præcedat. *Remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum;* ita vt dilectio præcedens & ex operibus comprobata intelligatur impetraſſe ſubſequentem peccatorum remiſſionem: ex Apoſt. *Charitas operit multitudinem peccatorum,* ſcilicet quæ eſt in pœnitente ante reconciliationem: & Chryſol. ſerm. 94. de peccatrice: *Abſolui vis? ama.--- Dilectio debet & abluit vniuerſa peccata.* Ioan. 14. *Si quis diligit me, Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus* &c.

tionem à contritione, vt infrà Syluius; nec Patres, nec Scripturæ, claré aſſerunt, Attritionem eſſe ſufficientem diſpoſitio-

nem ad gratiam Baptiſmi ac Pœnitentiæ Sacramenti conſequendam: hoc tamen diſertè deducitur ex locis Patrum ac Scripturę, quibus perfectæ contritioni dicitur annexa infallibiliter iuſtificatio, & ex alijs locis, quibus conſtat, illa Sacramenta, vtpote mortuorum, per ſe inſtituta eſſe ad remittenda peccata, & dandam primam gratiam: quam ſemper præſupponerent, ſi contritus perfectè eſſe deberet omnis pœnitens; ſic enim non niſi iuſtificatus viuuſque accederet ad Sacramenta mortuorum. Quòd fuit fundamentum erroris, qui negat Baptiſmo & Pœnitentiæ Sacramento virtutem iuſtificandi, ſed declarandi tantum remiſſionem peccatorum ac iuſtificationem obtentam per contritionem perfectam. Vt ergo hæc Sacramenta cauſent aliquando primam gratiam, qui eſt finis inſtitutionis eorum, non tantùm augmentum gratię, certum eſt, contritionem perfecta minorem ſeu imperfectam ſufficere ad gratiam Sacramenti. Quomodo iam contritio perfecta ab imperfectâ ſit diſtinguenda, nemo hæreat in doctrina ESTII, quaſi doceat, contritionem charitate perfectam non eſſe infallibilem diſpoſitionem ad gratiam iuſtificationis etiam ſine Sacramento reipsâ ſuſcepto, ſed Commentaria SYLVII iam quater edita perlegat, quaſi Doctoris, qui Magiſtri mentem perfectè ſit aſſecutus, & clarioribus terminis explicet, cuius compendium adnectimus.

ANTITHESES SYLVII.

185. CONTRITIO eſt animi dolor ac deteſtatio de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cętero; alia perfecta, quæ per antonomaſiam ſimpliciter vocatur *Contritio*; alia imperfecta contritio, quæ vocari ſolet *attritio* ex Triden. ſeſſ. 14. c. 4. *Contritionem hanc aliquando charitate perfectam eſſe contingit.* Sentit ergo non ſemper eſſe charitate perfectam; *illam verò contritionem imperfectam quę attritió dicitur.* Contritionem charitate perfectam declarat ibi Concil. reconciliare hominem Deo, antequam Sacramentum ipſum actu ſuſcipiatur.--- Dolor naſcitur ex odio ſeu deteſtatione peccati; verùm ſicut peccatum conſiſtit in aliquo amore inordinato, & ſimul eſt offenſa Dei; ita contritio, quæ peccando, delendo neceſſaria eſt, includere debet ſimul cum odio dolorem de offenſa.--- Cui quando tam virtuale, quàm actuale propoſitum non peccandi de cætero omninò deeſt, ille dolor non dicitur contritio, nec propriè attritio.--- Ad contritionem etiam imperfectam non ſufficit amor Dei naturalis, ſeu qui per ſolas naturæ vires elicitur, cum illa ſit valde ſalutaris: nec ſufficit ille amor, quo Deus poſitiuè ametur, vel minùs, vel non plus quàm aliqua creatura; partim quia ille amor non ſuperat vires naturæ; partim quia is qui ſic Deum amat, inordinatè amat, cùm nulla creatura ſit Deo æquanda multo minus præferenda in amore: *Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non eſt me dignus.* Matth. 10.

In Suppl. 3. & 4. editione q. 1. ar. 1. 2. 3. Contritionis definitio ac diuiſiô.

Attritio aliqua continetur ſub contritione ſicut ſpecies ſub genere.

Propoſitũ non peccandi ad vtramque ſpeciem contritionis requiritur.

186. Ad contritionem etiam imperfectam neceſſarius eſt aliquis ſupernaturalis amor Dei: quia eiuſdem rationis eſt, odiſſe malum & amare bonum ei oppoſitum. Atqui per illam peccator ex ſupernaturali motiuo & ſpeciali gratia odit peccatum: ergo & diligit Deum ſaltem virtualiter. Ita Triden. ſeſſ. 9. c. 6. in diſpoſitionibus ad iuſtificationem requirit vt peccatores *Deum tanquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiant; vtque attritio cum ſpe veniæ voluntatem peccandi excludat,* ſeſſ. 14. c. 4. ſi nullus Dei amor, neque implicité, neque virtuté includatur, non eſt tunc vera attritio, nec pœnitentia, quæ generaliter requirit odiſſe peccatum, vt eſt offenſa Dei, & quatenus Deo diſplicet, ex *Valen. q.* 8. *p.* 1. & Facultas Louan. c. 11. ad articulos per Bullam

Digitized by Google

Pij V. damnatos, disertè affirmat, quòd ante iuſtificationem *inſit in pænitente amor aliquis iuſtitiæ*, eaque dilectio, quâ Deum diligere, incipit tanquam totius iuſtitię fontem. Nec diſſimiliter *Bellarm. to. 3. l. 2.* de pœnit. c. 14. de catech. & pœnit. ait, *quod dum per inchoatam Dei dilectionem diſponuntur ad gratiam, non habent remiſſionem peccatorum, ſed tantum viuere incipiunt, perfectè victuri quando perfectè diligent*; clarè agnoſcens ſalutarem ac ſupernat. Dei dilectionem, licet imperfectam, in his qui ſunt attriti; ſcilicet vel ex ſpe veniæ, aut vitę æternæ procedens, vel ex alio motiuo ſupernat. quod non ſit ipſe Deus ſecundum ſe ſeu vt eſt ſummè bonus, ſed quiddam eo inferius: proinde non aſſequitur naturā veræ charitatis, *quæ eſt ex corde puro, conſcientiâ bonâ; fide non fictâ.* Nec ad eam requiritur amor Dei ſimpliciter & abſolutè ſuper omnia, requiritur tamen virtualiter aliqualis amor Dei *ſuper omnia ſecundum quid*; hoc eſt, ſufficit quod ad Deum bene afficiatur, ab eo veniam & vitam æternam ſperet, habeatque voluntatem abſolutam deinceps non peccandi ſaltem mortaliter; qui eſt amor concupiſcentiæ pertinens ad ſpem. Nec vera ac ſincera conuerſio ad Deum poteſt intelligi ſine voluntate placendi Deo per mandatorum eius obſeruantiam: hæc autem voluntas non eſt ſine aliquâ dilectione Dei, quæ ſit *aliquo modo ſuper omnia*, includens ſaltem virtualiter illum Dei amorem, quo ipſe pluris ęſtimatur quam quiduis Deo inferius, cùm anteponatur omnibus quæ poſſunt hominem ab illius amicitia excludere. Non abſimile eſt quod Tannerus *diſp. 6. de pœnit. qu. 6.* ſcribit: *Colligitur cur attritio ſit dolor ſeu deteſtatio peccati non ſuper omnia, ſcilicet quia eius motiuum non eſt ſummum, ſub quo peccatum concipiatur vt malum deteſtabile ſuper omnia: magis enim deteſtabile eſt peccatum, vt eſt contra Deum ſecundum ſe velut ſummum bonum, quàm vt pręcisè eſt contra ius Dei, vel gratitudinem, vel obedientiam, aut cultum Deo debitum, ſeu vt eſt cauſa pœnæ æternæ* &c. Similiter enim dicimus, Deum eſſe magis diligibilem vt in ſe eſt, ſummè bonus, quàm vt eſt nobis bonus; ideoque dilectionem quâ diligitur vt eſt nobis bonus, non eſſe ſuper omnia ſimpliciter & abſolutè. --- Ad contritionem perfectam requiritur amor Dei ſuper omnia ſimpliciter; in quantum eſt de peccatis contra Deum vt ſummè bonum.

Attritio non requirit charitatem, ſed inferiorē dilectionem ſuper omnia ſecundum quid, & ſupernaturalem.

Ad perfectam contritionem eſt neceſſarius amor Dei ſuper omnia ſimpliciter.

187. Certum eſt, attritionem ex metu gehennę eſſe bonam, ſiue vt occaſione excitante ad deteſtandam culpam, ſiue vt ex motiuo proximo deteſtandi culpam; quia timere malum quod reuera dignum eſt vt timeatur, eſt bonum. Itaque in tali attritione intentio finis eſt bona ſcilicet voluntas vitandi pœnam peccato debitam: medium quod aſſumitur eſt bonum ſcilicet fugere & deteſtari peccatum: & ordinatio medij eſt bona, quia proportionata ad finem. Accedit quod Triden. ſeſſ. 14. c. 4. declarauit, attritionem ex metu gehennæ ortam eſſe donum Dei &c. nam qui ex metu pœnę deteſtatur peccatum ſeriò, non deteſtatur illud conditionaliter, ſed abſolutè & efficaciter, auerſus ab interiori affectu peccati: etſi eo actu magis deteſtetur pœnam quàm culpam: nam vt ait *Suar. d. 5. ſec. 2. n. 9. & Becanus c. 35. de Sacra.* hic actus non eſt inordinatus, quia non impedit quin idem homo ſimpliciter & propter alias rationes magis deteſtetur culpam quàm pœnam: eo enim ipſo quo actus ex ſe bonus ordinem rectum ad finem vltimum non excludit, virtualiter in ipſum refertur. --- Poſſet etiam negari, quod attritione quis magis deteſtetur pœnam quam culpam: nam axiôma, *Propter quod vnumquodque eſt tale, ipſum magis,* non habet vniuerſalem veritatem in cauſa minus principali comparata ad ſuum effectum: neque enim cibus, neque retributio

Quæritur 1. Vtrum attritio ex metu gehennæ ſit bona?

Axioma non habens vniuerſalem veritatem, ſed de cauſa per ſe ſolâ.

Digitized by Google

retributio eſt cauſa principalis propter quam, aut ſeruus dominum, aut fidelis Deum diligit; ita nec pœna eſt principalis cauſa ob quam pœnitens deteſtatur culpam: quia licet pœna ſit finis proximus, non tamen excludit finem vltimum, qui eſt Deus: ad cuius gloriam culpę deteſtatio ac metus pœnæ eſt referibilis, & quamdiu non excluditur, ex ſe in illum tendit. Prætereà iſtud axioma intelligi debet de cauſa à quâ effectus per ſe dependet, ita vt non poſſit habere denominationem ab alia cauſa vt *Conimbr. in cap. 2. de ſcien & demonſt. qu. 2. ar. 6.* At ſi tollatur timor pœnę, deteſtatio culpę aliunde poteſt oriri, & ita eſt efficax vt non admittat iſtam conditionalem, *ſi non eſſet pœna, non deteſtarer peccatum.*

188. Attritio, qua quis debet de peccatis propter pœnas inferni fide cognitas, aut propter cæleſtis beatitudinis priuationem, vel ob peccati turpitudinem ſimiliter fide cognitam, ſimpliciter & abſolutè vocatur attritio, ſufficitque ad reconciliationem cum Sacramento ex Triden. *ſeſſ. 14. c. 4. illam vero contritionem imperfectam* &c. vbi autem eſt ſpes veniæ à Deo obtinendæ, abſolutumque propoſitum non peccandi, ibi eſt aliquis amor Dei, iſque ſupernaturalis, & quâdam (licet imperfectâ) ratione ſuper omnia. Dicendum autem cum B. Tho. quòd attritio non poteſt fieri contritio, quia ſunt actus habentes diuerſa motiua principiaque. At is qui ante Sacramentum habebat tantùm attritionem, per Sacramentum fit contritus, vel actualiter, exercendo ſcilicet actum veræ perfectæque contritionis; vel habitualiter, in quantum virtute Sacramenti gratiam & virtutes ſupernaturales, & inter eas, virtutem pœnitentiæ infuſam accipit, qua efficitur habitualiter contritus.---Sola illa attritio, quæ eſt dolor ſupernaturalis cum ſpe venię & cum ſerio emēdationis propoſito, ſufficit, tum vt Sacramentum ſit validum, tum vt ſortiatur effectum, qui eſt gratia & peccatorum remiſſio. Nemini enim peccatum remittitur, qui non diligat aliquo modo Deum amore ſupernat. qui non ex animo conuertatur ad ipſum; qui non deteſtetur peccatum vt offenſam Dei, qui non habeat propoſitum melioris vitæ, *1. Ioan. 3. Deut. 2. Matth. 10. Ezech. 18. &c.* alioqui poſſet haberi peccatorum remiſſio, etſi quis non diligat Deum, vt auctorem iuſtitię, neque reuertatur ad Deum ex toto corde, quod nemo Catholicus dicet. Sufficit tamen illa attritio ad Sacramenti valorem, ac etiam ad eius fructum ſeu effectum recipiendum, ſiue agnoſcatur ſolum eſſe attritio, ſiue putetur eſſe contritio perfecta; cùm iuxta declarationem Conc. Triden. ſit reuerà ſufficiens: Nempè eſt coniuncta cum ſpe veniæ & efficaci voluntate nullum mortale deinceps committendi, quæ vires naturæ ſibi relictas ſuperant; nec Concil. loquitur de naturali tantùm horrore, quatenus repugnat complexioni vel inclinationi naturali, aut rectitudini rationis merè naturalis, vti nec de auerſione à peccato propter ſolas pœnas; ſed de peccati fœditate ſupernaturaliter cognita, quatenus opponitur honeſtati ſupernat. & quatenus peccatum deturpat animam, eamque Deo exoſam reddit: & de metu pœnæ per fidem aut aliam reuelationem diuinam cognitę, quam in ordine ad Deum finem ſupernat. metuit: ita vt huius attritionis motiuum ſumatur per conformitatem ad regulam vel rationem ſupernat. vel ad rectam rationem vt eleuatam ad ordinem ſupernat. ita ferè *Becan. c. 35. Filliu. c. 7. qu. 10. Gamac. c. 9. de attritione.*

Eſt vera contritio, licet imperfecta, cum competat definitio.

Quid ſit ex attrito fieri contritum vi Sacramēti.

Quęritur. Quę attritio cum Sacramēto ſufficiat ad remittenda peccata.

Non eſt neceſſe quod attritio putetur eſſe contritio.

189. Inter contritionem perfectam & imperfectam, quæ attrito vocatur, hæc eſt differentia, quod proximum ſeu immediatum motiuum contritio-

nis, ſit peccatum quatenus eſt offenſa Dei in ſe ſummè boni, ſummèque & propter ſe diligibilis ſuper omnia. Attritionis verò, aut peccati turpitudo oppoſita honeſtati ſupernaturali, aut timor pœnarum, aut priuatio æternæ beatitudinis, non vero Deus propter ſuam bonitatem diligendus ſuper omnia: contritio, quæ eſt charitate perfecta peccatorem reconciliat, antequam Sacramentum actu recipiatur, etiamſi non ſine Sacramenti voto. Attritio ſine Sacramento per ſe nequit hominem perducere ad iuſtificationem, ex Triden. *ſeſſ*. 14. c. 4. vbi & ſufficienter ipſa diuiditur in eam, quæ concipitur ex turpitudinis peccati conſideratione: & eam, quæ ex gehennę & pœnarum metu: quia attritio eſt de malo, vel ſecundum ſe ſeu morale, ſic habetur fœditas peccati, ſeu prima ſpecies; vel quia eſt mali cauſa ſeu pœnale, ſic habetur ſecunda. Sub prima continetur procedēs ex amore iuſtitię. Qui enim virtutem amat quamuis imperfectè, conſequenter etiam deteſtatur peccatum, quia eſt turpe & oppoſitum virtuti: ſub ſecunda continetur procedens ex amore vitæ ęternę, qui eſt concupiſcentiæ; eiuſdem enim rationis eſt, deteſtari peccatum ex amore boni, & ex timore mali oppoſiti, vt ex amore beatitudinis, & ex metu damnationis ei oppoſitæ; pertinentque illi duo actus ad virtutem ſpei, cum eâdem ſpe ametur bonum quod ſperatur, & timeatur eius amiſſio, ſeu malum bono operato oppoſitum, intelligendum ab authore gratiæ iuſtoque peccati, quod gratiam expellit, vindice per fidem cognito: hęc eſt attritio chriſtiana, ex motiuo ſupernaturali; ſicut ſperare bona temporalia in ordine ad vitam ęternam pertinet ad virtutem ſpei. Videri poſſunt Suarez, Fernandez &c. Habenda autem eſt contritio de omni peccato actuali, non originali, nec de pœnis: ordinatur enim ad tollendam duritiam peccati propriâ voluntate contractam. Debet eſſe dolor appretiatiuè ſummus, vt nullum aliud malum ęquè deteſtetur, malitque omnia alia potius ſubire; etſi non ſit toto animi conatu.

Quæritur: Quomodo contritio differat ab attritione.

Diuiſio attritionis ex Trid.

Timere mala temporalia in ordine ad æterna eſt etiam attritio ſupernat.

190. Non eſt neceſſe ad rationem contritionis, vt ſit omnium dolorum maximus intenſiuè, vel quo nullus reperiatur intenſior in eodem vel alio genere; qui ſe tenet ex parte ſubiecti, non obiecti appretiati ſuper omnia doloris obiecta: nam obiectum ſenſibile ex natura ſua mouet voluntatem vehementius quam ſpirituale. Nec requiritur certus gradus intenſionis in actu pœnitentiæ; vti nec in actu credendi, ſperandi, vel alterius virtutis, vt per eum ſatisfiat precepto: neque ad mortale requiritur certus gradus intenſionis peccati. Nec eſt neceſſe, vt contritio duret certo aliquo tempore, ſed poteſt vnico inſtanti perfici, vt vno quis iuſtificari. Dolor tamen qui ſubiectatur in voluntate non poteſt eſſe nimius, vti nec amor Dei ſuper omnia poteſt eſſe nimius. Vnum autem peccatum cum altero comparatum, ſicut trahit ſecum maiorem offenſam, ita magis alio deteſtandum; cùm ſit deteſtabilius. Non tamen eſt neceſſe comparationem eam facere, ſed ſatis eſt quod omnia deteſtetur, quatenus ſunt offenſa Dei. Talis enim deteſtatio fertur implicitè ſuper ſingula, gradu & ordine cuiuſque: ſicut quando aliquis diligit vnam communitatem aut aliud totum, virtute plus aut minus diligit has aut illas partes, ſecundum ordinem quem habent in illa communitate vel toto.---- Debet contritio manere toto tempore vitæ quoad peccati deteſtationem ſaltem virtualem: quia ſemper debet homini diſplicere quod peccauit; ſemperque manet in peccatore aliquid, ratione cuius peccatum pręteritum poſſit eſſe motiuum doloris, perditio ſcilicet innocentiæ, & temporis ad Deum currendi iactura, irrecuperanda. Expedit quoque, vt contritio

Ibid. q. 2. & 3.

Certus intentionis doloris gradus nō requiritur, nec certa temporis mora.

in ho-

Digitized by Google

in homine multum continuetur quantum ad peccati diſplicentiam, quę eſt in appetitu rationali: non poſſe ſemper actu, ſufficere ac requiri quod habitu cauenda eſt quorumdam opinio, exiſtimantium peccata remitti per contritionem ſine ordine ad claues, nec aliter confeſſionem aut abſolutionem requiri ad remiſſionem peccatorum, quam requirantur cætera quæ hominibus præcipiuntur. Nam hæc opinio repugnat inſtitutioni Sacramenti, de cuius neceſſitate dictum eſt. 3. *p. q.* 84. *ar.* 5. & facit abſolutionem ſacerdotis non aliud eſſe quàm declarationem remiſſionis peccatorum, quod eiuſd. qu. ar. 3. eſt impugnatum.----Controuertitur à quibuſdam,

Vtrum omnis contritio ſemper coniunctam habeat remiſſionem peccati, etiam antequam recipiatur Sacramentum.

In Suppl. qu. 5. ar. 1.

191. QVÆSTIONEM hanc propono de contritione in genere, non particulariter de contritione perfectâ, nec vllam in quæſtionis huius propoſitione editione 1. & 2. mentionem feci contritionis perfectæ, vt non ſatis mirari queam, cur quiſpiam aſſerat *contrarium*, qui nouerit contritionem eſſe velut genus, ſub ſe comprehendens perfectam & imperfectam contritionem. Vbi docui, *contritionem non ſemper, imo nec frequenter vel ordinariè habere coniunctam remiſſionem peccatorum, antequam reipſa recipiatur Sacramentum*, non adieci, nec mens mea fuit vt quiſpiam adderet, *quantumcumque cum perfecta dilectione & ſuper omnia coniuncta ſit*: imò in editione 2. expreſsè dixi, quod contritio perfecta *non raro habeat coniunctam remiſſionem peccatorum*, perfectam intelligens, quæ eſt dolor acris, vehemens & incenſus, nihil ibi dicens, de perfecta per charitatem, quâ Deus propter ſeipſum diligitur ſuper omnia amore amicitiæ & beneuolentiæ. Non eſt ergo cur quiſpiam me ſuggillet vt diſcipulum Baij;* (qui anno 1589. obijt, ætatis meæ nono) aut contendentem tueri ſententias eius à Sede Apoſtolica damnatas: cùm omnes & ſingulos eorum articulorum pariter damnauerim ac ſemper reiecerim, vt diligens Commentariorum noſtrorum lector aduertere poteſt, ſi velit: tantùm abeſt, vt vel vnum eorum tueri contenderim, ID QVOD SINE MAGNO PIACVLO FACERE NON POSSVM. Nec dixi, imò ne cogitaui quidem dicere, *ſine inconuenienti concedi poſſe, quod ex duobus æqualibus debitoribus in iiſdem omnino circumſtantijs, ille plus diligat, cui minus dimittitur, & ille minus diligat, cui plus dimittitur.* Sed his omiſſis, veniamus ad diſcutiendam quæſt. iiſdem terminis propoſitam, quibus in alijs editionibus ac de contritione in genere prout eam definit Triden. *cit. c.* 4. & ſub ſe complectitur imperfectam contritionem, quæ dicitur attritio.

Defenſio auctoris contra eū, qui credeteret, ipſum fuiſſe diſcipulum Baij. aut huius doctricam à Pontificib damnatam, vllo modo tueri.

Auctoris religio.

192. VIDERI poteſt, quod omnis contritio ſemper coniunctam habeat remiſſionem peccati, antequam Sacramentum actu recipiatur, loquendo de contritione etiam in genere, ob argumenta 17. ---- ideo pro Reſp. Concluſio 1. eſt: Non omnis vera contritio ſemper habet coniunctam remiſſionem peccatorum priuſquam Sacramentum recipiatur; quia attritio, quæ ad Sacramentum eiuſque effectum ſufficit, eſt ſpecies contenta ſub contritione; eſtque propterea veri nominis contritio licet imperfecta: illa autem non habet remiſſionem peccatorum coniunctam antequam recipiatur Sacramentum, cùm per ſe non valeat peccatorem perducere ad gratiam ſine Sacramento

Contritio imperfecta non ſemper habet adiunctam remiſſionem peccatorum.

Digitized by Google

cramento ex Trident. cit. *Illam vero contritionem imperfectam* &c. Imò nec frequenter peccata remittuntur catechumenis ante baptiſmum; ergo nec relapſis, ante abſolutionem; cum feruentiores ſoleant eſſe cathecumeni; magiſque indigni ſint relapſi: & Synodus Triden. dicat, CONTINGIT, ET ALIQVANDO CONTRITIONEM charitate perfectam eſſe, non ſemper nec ordinarié. De Sacramentis non rectè diceretur, contingit aliquando ea conferre gratiam; eo quod ſemper eam conferant non ponentibus obicem. Nempè peccatrix Euangelica licet multum diligeret, non prius tamen accepit veniam peccatorum, quam (quod Paralytico dictum fuerat) audiret, *Remittuntur tibi peccata*. Huc pertinet illud *Aug. hom. 23. inter 50. Acceſſit ad Dominum immunda, vt rediret munda: acceſſit ægra vt rediret ſana.* At dum acceſſit ad Dominum, iam eam aliquo pio & ſupernaturali motu diligebat, ab eoque veniam petebat, nec dubium quin de peccatis doleret cum propoſito non amplius peccandi: ergo habebat contritionem: omnes enim partes definitionis à Triden. allatæ, ei præparationi quam habebat, conueniunt. Si dicas eius contritionē non fuiſſe charitate perfectam; bené concedimus: ſatis namque eſt quod eius contritio fuerit vera, licet imperfecta.

Probat antec. eruditiſſimè ex Patribus &c. effectus aliorum Sacram. non habetur ordinariè ante receptionem eorū; ergo nec effectus Sacramenti pœnit. qui eſt *reconciliatio cum Deo*, ex Trid. cit. c. 3.

193. Rectè dicitur, quod omnis contritio ſemper habeat coniunctam remiſſionem peccatorum, ſi nomine contritionis intelligatur ea contritio, quæ eſt charitate perfecta, cuius motiuum immediatum eſt Deus, ſeu diuina bonitas propter ſe diligenda. Hoc enim eſt quod vult Triden. cit. c. 4. *Etiamſi contritionem hanc aliquando charitate* &c. quibus ſignificat 1. quod contritio vera (quam definierat) non ſemper eſt charitate; ideo dicit quod ſic perfectam eſſe *contingat aliquando*. 2. quod cùm eſt charitate perfecta, ſeu amore beneuolentiæ, quo Deus propter ſe ſuamque bonitatem ſimpliciter diligitur ſuper omnia, tunc hominem reconciliat ante Sacramentum actu receptum. 3. quod ita reconciliatio non ſit adſcribenda contritioni ſine voto Sacramenti, quod in illa includitur. Deinde ex eo quod à Pio V. & Gregor. XIII. condemnatus ſit articulus hic 30. *Charitas perfecta &c.* Et iſte 66. *Homo exiſtens in peccato mortali* &c. Et ille 67. *Per contritionem etiam charitate perfectam &c.* Conſequens eſt, non ſolum in caſu neceſſitatis aut martyrij, verum etiam extra illos caſus per contritionem charitate perfectam, & cum voto Sacramentum ſuſcipiendi coniunctam remitti peccata etiam ſine actuali receptione Sacramenti. Dicendum prætera falſum eſſe, *hominem in peccato mortali, aut reatu æternæ damnationis exiſtentem, poſſe habere veram charitatem*: etſi enim ante ſuam iuſtificationem inſit in pœnitente amor aliquis iuſtitiæ, eaque dilectio quâ Deum diligere incipit tanquam totius iuſtitię fontem, is tamen amor, qui charitatis naturam aſſequitur, *ſeu vera illa ac ſincera charitas quæ eſt ex corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta cum æternæ damnationis reatu non conſiſtit.* Accedit authoritas omnium, qui dicunt, velut rem compertam, omnem contritionem ſemper habere coniunctam remiſſionē peccatorum, etiam antequam Sacramentum actu recipiatur: omnes enim hoc volunt, quod illa contritio, quæ eſt charitate perfecta, coniunctam habeat remiſſionem peccatorum, *Nugnus, Ledeſma, Suarez, Becanus, Laiman, Tannerus, Gamac.* &c.

Concluſio 2. Quomodo omnis contritio coniunctā habeat remiſſionē peccatorum.

Peccator ſi faciat quod mandatur per CONTRITIONEM, *& confeſſionem factam ſacerdoti, non remittitur ei peccatum, niſi ſacerdos abſoluat, etiamſi per malitiā abſque ratione ſacerdos illi neget abſolutionem*: hęc propoſitio eſt hæretica. Cenſura Pariſi.

194. Ad argumenta: etſi rectè intelligatur remiſſum Dauidi peccatum, ſtatim vt illud corde & ore eſt confeſſus, non propterea conſequens eſt per omnem contritionem hoc fieri, cùm non omnis contritio ſit talis qualem habebat

bebat Dauid, perfecta ſcilicet per charitatem, ſi verum eſt quòd ſtatim obtinuerit remiſſionem; qua de re omnino non conſtat, cum *Pſal.* 50. illud, *dele iniquitatem meam*, ex Bellar. referatur, tum ad reatum, tum ad maculam, quam lauari petit, reſtituto ſibi nitore gratiæ.--- Sicut Deus non deſpicit fidem, orationem, eleemoſynas eius quem eſt exauditurus, etiamſi non ſtatim exaudiat, ita nec *cor contritum* eius, cui vtpotè imperfectè contrito non ſtatim remittit peccata: quoniam illa remittet, quando vel Sacramentum incipiet, vel contritionem charitate perfectam habebit.--- S. Leo dicit, *Veram conuerſionem non pati moras veniæ*, epiſt. 91, non quòd omnis etiam imperfectè conuerſus ſtatim habeat veniam: *ibid.* enim pronuntiat, Indulgentiam Dei niſi ſupplicationibus ſacerdotum non poſſe obtineri.--- Nec filius prodigus antè reconciliatus eſt Patri, quàm diceret, *Pater peccaui*: nam licet prius oſculo Pater exceperit, poſteà iuſſit ei proferri ſtolam primam: oſculando ergo ipſum erexit in ſpem veniæ; ſtolâ induendo, recepit in gratiam, ex Aug. l. 2. qu. Euang. qu. 33. Contritio itaque eſt actus charitatis, ſi verſatur circa proprium obiectum charitatis, diligendo Deum ſuper omnia, propter ſeſeu propter ſummam ipſius bonitatem; imperfecta contritio eſt actus amoris concupiſcentiæ, quo Deum quis diligit propter bonum quod ab eo ſperat, vel propter malum quod ab eo metuit, ſiue vt omnis iuſtitię fontem diligere incipit: tollit auerſionem affectus à Deo, & peccatum quoad actum & affectum, non ſtatim quoad maculam & reatum: Vita ſpiritualis perfecta non conſiſtit cum peccato mortali, ſed bene vita imperfecta: rarum eſt vitā perfectam dari ante miniſterium ſacerdotis. Non dicimus extra caſus aut martyrij nunquam remitti peccata per contritionem charitate perfectam, ſine reali perceptione Sacramenti: ſed concedimus, contritionem charitate perfectam remittere peccata ſine actuali receptione Sacramenti, ſiue ſit caſus neceſſitatis aut martyrij, ſiue non: at dicimus non omnem contritionem ſemper eſſe talem, cùm in multis ſit imperfecta, & dicitur attritio.--- *Et theſi propugn.* 12. *Apr.* 1644. contritio, vltima eſt & infallibilis diſpoſitio ad peccatorum remiſſionem, & beatitudinem conſequendam, ſi immediatum illius motiuum ſit diuina bonitas propter ſe diligenda.

Duplex dilectio ſalutaris.

Innotuit clariſſima hæc SYLVII doctrina Eminentiſſimo Cardinali D E LVGO, qui in ſua 2. editione tomi de Pœnitentia diſp. 5. ſect. 8. *fine*, iuſſit addi hoc elogium Doctoris: Hæc omnia ego dixeram in 1. editione huius operis, quo tempore ſolam nactus fueram primam editionem operis D. SYLVII factam Duaci anno 1618. ex qua fideliter eius verba retuleram. Nunc autem ex teſtimonio eorum, qui fide digni ſunt, intellexi eundem Auctorem in altera editione eiuſdem operis aliter in hac quæſtione loqui, & explicare, ſe ſuperiorem doctrinam non intelligere de contritione perfecta, ſed de imperfecta, quæ communiter appellatur Attritio, & quæ non adfert ſecum gratiam iuſtificantem. Quod quidem lubentiſſimè audiui, quia dolebam quòd tantus Vir, & de Theologica Schola optimè meritus, poſſet vnquam afferri pro ea ſententia, quę Decretis Summorum Pontificum ſuprà relatis, & à Smo D. N. Vrbano VIII. nuper renouatis, & confirmatis apertè repugnat. Imò gratulor Doctoribus bene ſentientibus, quòd DOCTOREM talem ſecum rectè ſentientem & conſentientem expreſſis verbis conſequuti ſint. Ita *F. Amicus to. 8. d. 5. ſect. 1. edi. 2. narrat.*

DAMNATVS ART. LIV. & LV.

195. IN peccato duo ſunt, actus & reatus; tranſeunte autem actu nihil manet niſi reatus, ſiue obligatio ad pœnam:

Quaſi verò nulla ſit peccati macula, nulla priuatio nitoris ac rectitudinis, nihil quod oderit Deus in peccatore habituali, mundiſſimus infans naſcatur &c.

Vnde in Sacramento Baptiſmi, aut Sacerdotis abſolutione

Q propriè

propriè reatus peccati dumtaxat tollitur, & miniſterium Sacerdotum ſolùm liberat à reatu.

Peccator pœnitens non viuificatur miniſterio Sacerdotis abſoluentis, ſed à ſolo Deo, qui pœnitentiam ſuggerens & inſpirans, viuificat eum, & reſuſcitat; miniſterio autem ſacerdotis ſolùm reatus tollitur.

En Sacramenta Chriſti ad nihilum, cum gratiam non producant, ſed ſolum obligationem ad pœnam tollant.

ANTITHESES ESTII.

196. AVGVSTINVS non eſt contrarius eorum doctrinæ, qui reatum quatenus eſt relatio quædam, dicunt fundari vel in peccato præterito, vel in macula, vel deformitate quadam ex peccato reliqua & permanente in anima hominis peccatoris vſque ad peccati remiſſionem. Cui ſententiæ admodum fauent verba Magiſtri in tex. §. D. vbi dicit peccatum reatu eſſe in aliquo, cum pro eo, ſiue adſit, ſiue tranſierit, mens hominis polluta eſt & corrupta, totuſque homo ſupplicijs obligatus perpetuis. --- Quæcumque argumenta probant in paruulos non pœnam tantùm tranſire, ſed culpam, eadem ferè omnia valent, ad probandum peccatum originale paruulis internum eſſe, & non tantum peccatores eos dici ab actuali tranſgreſſione primi parentis. Scripturæ enim ipſis naſcentibus peccatum, iniquitatem, immunditiam tribuunt velut inhærentem. In 2. d. 42. §. 3. 10. §. 6.

197. Sententia, quod Sacerdos vtens poteſtate abſoluendi ſibi à Chriſto datâ, verè à peccatis abſoluat pœnitentem, eique verè quoad culpam peccata remittat, non ſolum apertiſſimè in ſcripturis traditur. *Ioan.* 20. *quorum remiſeritis peccata* &c. *Matth.* 16. *&* 18. & apertis Patrum teſtimonijs comprobatur, verum etiam Conciliorum auctoritate tandem eſt definita. Florentinum decretum habet, quod ſicut per peccatum ſpiritualiter renaſcimur, ita per pœnitentiæ Sacramentum ſpiritualiter ſanamur: atque huius Sacramenti effectum definit eſſe, abſolutionem à peccatis. Triden. ſeſſ. 14. multipliciter hanc doctrinam confirmat c. 1. & ſeq. in quo damnantur anathemate, qui docent abſolutionem Sacramentalem Sacerdotum non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronuntiandi ac declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti. Conducunt ad huius doctrinę illuſtrationem ea quæ probant non remitti peccatum per ſolam cordis contritionem (ex quo errore in hunc poſteriorem inductus eſt Magiſter) neque ordinariè remitti ante ſuſceptionem Sacramenti. In 4. d. 18. §. 3. Sacerdotes habere poteſtatem remittendi peccata, & animam mundandi ab interiore macula, non declarandi tantùm, peccata eſſe à Deo remiſſa.

ANTITHESES SYLVII.

198. PECCATVM cauſat maculam in anima, quę non eſt qualitas, neque aliud ens poſitiuum (licet ex actuali peccato remaneat habitus aliquis, ſeu diſpoſitio praua inclinans ad ſimiles actus) nec idem quod reatus ſiue obligatio ad pœnam, cum hæc non ſit per ſe mala formaliter, ſed ſecuncundum iuſtitiam & rectam rationem; peccatum verò formaliter immundum denominet, quamdiu non eſt remiſſum; & obligatio ad pœnam ſit poſterior macula, imò ſac peccatores non ſint obligati ad pœnam, non deſinent eſſe deformes & inquinati, *abominabiles, Oſeę* 9. Hinc Pius V. & Greg. XIII. condem- In 1. 2. qu. 86 ar 1. Macula peccati eſt defectus nitoris &c.

condemnauerunt articulum 54. *In peccato duo ſunt* &c. Macula peccati nec eſt ipſum peccatum actuale, quod præterijt, quatenus nondum eſt remiſſum vel nondum retractatum; cùm hoc ſit ſolùm negatio, quæ vt ſic non eſt quid inhærens, vel afficiens animam, vt eam poſſit formaliter ſeu intrinſecè denominare. Macula igitur peccati eſt defectus ſeu priuatio nitoris, qui deberet eſſe in anima, conſideratus cum ordine ad ſuam cauſam, quæ eſt peccatum. Ita B. Thomas hîc &c. Cum autem animæ nitor, vnus ſit ex refulgentia luminis rationis naturalis, per quam in ſuis actibus dirigitur ad Deum vt authorem naturę: Alius ex refulgentia luminis ſupernaturalis, ſcilicet ſapientię & gratiæ, per quam perficitur in ordine ad Deum vt finem ſupernat. macula peccati priuationem dicit vtriuſque nitoris, eo quòd peccatum ſit deſtructiuum ordinis naturalis & ſupernat. Hæc macula omninò remanet in anima, etiam tranſeunte actu peccati; quia macula cauſatur ex receſſu hominis à lumine tum rationis, tum diuinæ legis: ergo non debetur quamdiu homo per veram conuerſionem non redit ad huiuſmodi lumen: ſicut qui oculos habet auerſos à ſole, non illuminatur niſi eoſdem conuertat ad ſolem, per nouum motum voluntatis, contrarium primo motui. ---- Paulus tam mirabiliter conuerſus Act. 22. iubetur *Abluere peccata ſua;* non pœnas & reatum, quæ non ſunt ſordes animę, neque faciunt eam ſordidam, ſed miſeram: nec propriè quis dicitur ablui niſi à maculis & culpis. *In Suppl. qu. 5. ar. 1.*

Manet macula etiam ceſſante actu peccati.

199. Non eſſe hunc ſenſum formæ legitimum, *Oſtendo te eſſe abſolutum:* neque dicendum, quod peccator abſoluat à reatu pœnæ, & non à culpa, Prob. 1. quia ſic euerteretur poteſtas clauium. Vſus enim clauium non eſt oſtendere aliquid eſſe apertum, ſed reuerà aperire: 2. Cum Matth. 16. & 18. datur Sacerdotibus poteſtas ſoluendi QVÆCVMQVE, non magis excipitur culpa quam reatus pœnæ. 3. Verbis Ioan. 20. Chriſtus ſignificat, ſe illam poteſtatem diſcipulis tradere, quam ipſe acceperat à Patre: at Chriſtus verè remittit peccata, non tantum declarat remiſſa. 4. Sententia Petri præcedit ſententiam cęli, ait Bern. Denique *effectus huius Sacramenti eſt abſolutio à peccatis,* aiunt Patres Conc. Floren. Alioqui confeſſio eſſet inutilis, ni requiratur propter abſolutionem, cum declaratio non ſit neceſſaria, nec vtilitatem per ſe adferat. Eodem pertinet articulus 55. inter damnatos à Pio V. *Peccator pœnitens non viuificatur* &c. Certè Sacramenta efficiunt, quod ſignificant: pœnitentia ſignificat abſolutionem tam à culpa quàm à pœna (nec reatus æternæ pœnæ tollitur, quin tollatur culpa) ergo illam efficit. Quapropter ſenſus verus formę eſt: *Sacramentum abſolutionis tibi impendo.* ---- Et ibid. qu. 86. ar. 6. docet S. Tho. remiſſionem culpæ eſſe effectum pœnitentię principaliùs ſecundum quod eſt Sacramentum; quia proxima vis remiſſionis culpæ eſt ex virtute clauium, quam habent Miniſtri formam proferentes. Actus tamen pœnitentis, qui pertinent ad virtutem pœnitentiæ, & materiam huius Sacramenti conſtituunt, prout ordinantur ad claues Eccleſię. 1. prout ſubſeruiunt abſolutioni, vel de mandato abſoluentis ſuſcipiuntur, ad eandem operantur. ---- Idcirco ſi ſola contritione haberetur id quod per illam quæritur, ſuperfluum eſſet Sacramentum Pœnitentiæ, & Sacerdotes deberent procurare effectum Sacramenti ante Sacramentum & pœnitens vel raro, vel nunquam viuificaretur miniſterio Sacerdotis, quod per Pium V. articulo 55. eſt reprobatum: in Supplem. cit.

In 3. p. qu. 84. ar. 3. Quæritur: Quis ſit ſenſus horum verborum: *Ego te abſoluo.*

Imò ſit pœnitens per contritionē charitate perfectam iuſtificatus, per ſacram abſolutionē accipit nouā gratiā & auxilia Sacramentalia.

Digitized by Google

DAMNATVS ART. XXXVII.

100. OMNIS amor creaturæ aut vitioſa eſt cupiditas, quâ mundus diligitur, quæ à Ioanne prohibetur, aut laudabilis illa charitas, quâ per Spiritum Sanctum in corde diffuſa Deus amatur.

Hoc eſt, amare Deum, vt nobis bonum, vitium eſt, etſi nobis optimus ſit: ſperare ab eius erga nos bonitate mercedem vitæ æternæ, crimen eſt.

ANTITHESES ESTII.

EST amor Dei quidam inchoatus & imperfectus, quo Deus diligitur quidem quatenus ab intellectu proponitur, vt ſummum ac beatificum bonum noſtrum, non tamen tam perfectè diligitur, vt ei voluntas affectu cætera omnia poſtponat. Dicendum enim, ſpem imperfectam, informem, inchoatam non eſſe ſine amore aliquo ſaltem imperfecto rei ſperatæ, licet conſiſtat ſine amore perfecto ſeu charitate, quę ſpem perfectam reddit. Nihil enim prohibet quin peccator bonorum operum inops ſperet vitam æternam, quia & ipſa merita, quibus vitam ęternam ſibi comparet, per Dei gratiam ſe accepturum ſperat: quæ quidem ſpes non præſumptioni, ſed virtuti tribuēda eſt, ac dono Dei adſcribenda. Charitas verò & charitatis opera, & quæ inde ſequitur conſcientia, ſpem hominis non tantum ex informi formatam facit, ſed etiam infirmam ac remiſſam confirmat & intendit, vt multò maiori cum fiducia expectet bona promiſſa iam pignore hæreditatis accepto, quàm cum adhuc per peccatum eſſet Deo inimicus.

In 3. d. 26. § 2. Opera omnia, quæ ex perfecto Dei amore nō procedunt, ſceleris arguere, Caluini eſt in Antid. ad ſeſſ. 6 can. 25. & 31.

201. Si merces, quam quis ex Dei ſeruitute expectare dicitur, ſit ipſe Deus aut operatio quâ Deo coniungimur, ſcilicet ipſa viſio ac fruitio Dei, in quâ conſiſtit Beatitudo noſtra & vita æterna, fatendum omninò eſt, eiuſmodi mercedis intuitu poſſe, imò debere hominem Deo ſeruire, tantùm abeſt vt (quod dicunt hęretici) imperfectorum ſit, huiuſmodi mercedem tanquam finem in bonis ſuis operibus ſpectare. Nam inordinatum eſt, media non referri in proprium & legitimum finem: finis autem ſeruitutis, quam Deo exhibemus in hac vita, eſt æterna vita, qua in futuro ſæculo perfectè Deo coniungemur: erit ergo inordinata noſtra ſeruitus, ſi non in illum finem à nobis referatur. Item, ſicut ſine fide, ita & ſine ſpe, impoſſibile eſt Deo placere: Spes autem Chriſtiana facit in nobis vt intuitu retributionis ęternæ Deum colamus. Eſt enim ſpes expectatio futurorum bonorum ex Dei gratia & bonis operibus, quæ bona ſub mercedis ratione expectantur ex Dei ordinatione· vt ratio probat, Scripturæ, Patres. Porrò ſi mercedis nomine, aliquid extra Deum intelligitur, planè non licet Deum intuitu mercedis colere: magna quippe fit illi ſummo bono iniuria, quoties aliud quaſi pręſtantius ac delectabilius ei anteponitur, ad quod aſſequendum eius dilectio referatur. De hoc genere mercedis intelligendi Aug. alijque, qui gratis amandum & colendum Deum docent, nec mercedis intuitum admittere videntur. Si non de fine propriè dicto, ſed de bono quodam, comite & acceſſorio, quem ſecundarium finem vocare ſolent, quæſtio ſit; licitum eſt hoc ſenſu, propter bona quęcunque à Deo diuerſa, ſiue ęterna, ſiue temporalia, dum-

In 1. d. 6. 3. Quærit. An mercedis intuitu Deo ſeruire liceat? Spē Chriſtianam non deprimit, qui eā charitati ſubtrahit, cum ipſa ad charitatem ſit diſpoſitio.

Digitized by Google

dummodo talia ſint, quę à Deo rectè ſperentur, Deum colere; vt ſunt ſanitas, panis quotidianus, aëris temperies, pax &c. non niſi propter Deum petenda, & in Deum, cùm habentur, referenda. Neque arguit imperfectionem iuſtitiæ, huiuſmodi rerum habendarum intentio & expectatio, niſi quando quis ſine illis non diligeret, aut minus diligeret Deum. Imperfectionis enim eſt, huiuſmodi incitamentis indigere; ſicut contrà, perfectionis, non indigere.

ANTITHESES SYLVII. *In 1. 2. q. 109. ar. 3.*

202. Loquendo de dilectione elicitâ & liberâ, bifariam intelligitur Deus diligi ſuper omnia, vno modo appretiatiuè, quando aliquis ita Deum diligit, vt in amore nihil ipſi præponat vel ęquet: alio modo intenſiuè, quando Deum amat feruentiùs quàm quidpiam aliud. Prætерea diſtinguendus eſt duplex amor etiam bonus, vt vnus ſit amicitiæ, alter concupiſcentiæ: Amicitiâ illum amamus, cui bonum aliquod adeſſe optamus, vel ei gratulamur. Concupiſcentiâ verò amamus bonum illud, quod nobis adeſſe optamus vel gaudemus. Atque hoc etiam amore, & non ſolum amore amicitiæ, contingit Deum à nobis amari ſuper omnia; partim quia Deus eſt maius bonum noſtrum, quàm quoduis aliud quantumcumque nobis intrinſecum: partim quia homo amat ſibi Deum tanquam ſuum vltimum finem, quomodo nec ſe, nec vllum aliud bonum amat. Nec refert, quod iſto amore homo Deum ſibi, atque adeò propter ſe diligat, vnde ſequi videtur, quod ſeipſum magis diligat quam Deum: quoniam licet ſibiipſi tanquam ſubiecto, ac etiam propter ſeipſum, hoc eſt propter ſuam perfectionem ab eo conſequendam, Deum diligat; non tamen propter ſe tanquam finem Deum diligit, ſed ipſum Deum tanquam vltimum ſuum finem amat, quem cupit adipiſci, & quo deſiderat frui; vnde & ſeipſum etiam in Deum ordinat velut in ſuum finem vltimum. Videri poteſt *Bonau. in 2. d. 3. ar. 3. qu. 1. nu. 67. ſeu ad 2. Caiet. 2. 2. qu. 17. ar. 3. Suarez l. 1. de neceſſi. gra. c. 31.*---Non penetrant hæretici rationem vltimi finis, cum negant eum ſanctè operari, qui intuitu æternæ mercedis Deeu m colit: aut honeſtè ſummum bonum amare, qui illud amore concucupiſcentiæ proſequitur: *In Theſi propug. 12. Apr. 1644.*

Ex ſenſu communi Patrum, & Eccleſiæ fide, ſanctè operatur, qui intuitu mercedis, & concupiſcentiâ Deum amat; nec cupiditate mercenaria fœdatur, cùm ad puritatem diuinæ charitatis viam ſibi faciat.

DAMNATVS ART. LXVII.

203. IVSTIFICATIO impij fit formaliter per obedientiam legis, non autem per occultam communicationem & inſpirationem gratiæ, quæ per eam iuſtificatos faciat implere legem.

Hoc eſt, nulla datur gratia habitualis iuſtificans, ſanctificans, faciens nos Dei filios adoptiuos, radix gratiæ actualis & operationum ſupernaturalium, ſemen gloriæ æternæ: quaſi verò ſine gratia habituali & actuali lex diuina impleri poſſit. Sed ſeipſos hi aſſertores ſat clarè explicant:

DAMNATVS ART. XLII.

IVSTITIA, quâ iuſtificatur per fidem impius, conſiſtit formaliter in obedientia mandatorum; quę eſt, operum iuſtitia, non autem in gratia aliqua animæ infusâ, quâ adoptatur homo in Filium Dei, & ſecundùm interiorem hominem renouatur, ac diuinæ naturę conſors efficitur, vt ſic per Spiritum Sanctum renouatus, deinceps bene viuere, & Dei mandatis obedire poſſit.

*Conc. Tridẽti definiuit, hominem iuſtificari per iuſti-*tiam aliquam infuſam & inhærentem cordibus, quæ eſt innouatio interna hominis per modum habituum, vt comprehendat iuſtificationem infantium & amentium, quæ eſſe nequit per motionem ſolam actualem & tranſitoriam auxilij diuini. *Eſty in 2. d. 26. §. 3.*

Digitized by Google

Scilicet, nulla eſt radix bonorum operum niſi naturalia: tota Chriſti gratia vel extrinſeca eſt, vel potiùs nulla. Pergant ſe declarare:

DAMNATVS ART. XLIII.

IN hominibus pœnitentibus ante Sacramentum abſolutionis, & in Catechumenis ante baptiſmum, eſt vera iuſtificatio, ſeparata tamen à remiſſione peccatorum:

Id eſt, iuſtificatio vera habetur ſine gratia habituque vllo infuſo; remiſſio peccatorum per condonationem Dei extrinſecam, & applicationem myſterij alicuius ceremonialis ſeu ſacramentalis: huc Sacramenta Chriſti recidunt, ſcilicet ad ieiuna ſymbola. Conſtat ex *Triden. ſeſſ 6 c 7 quod iuſtificatio non eſt ſola remiſſio peccatorum* licet ipſa includatur, vera ac propriè dicta, non fictitia quam, hæretici imaginantur; & ad eam certa fide tenendum ſit requiri gratiæ infuſionem, ſeu veram, realem, intrinſecam iuſtitiam; *ſed etiam ſanctificatio & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum: huius vnica formalis cauſa eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua iuſtos facit* &c. Eadem autem eſt formalis cauſa iuſtificationis in paruulis, quæ in adultis; non diſtincta ex parte formæ, ſed diſpoſitionum, quæ in adultis requiruntur: in paruulis eſt gratia habitualis, & non aliquis actus: *Syluius in 1. 2. qu. 113. ar. 2.*

DAMNATVS ART. XLIV.

104. OPERIBVS pleriſque, quæ à fidelibus fiunt; ſolùm vt Dei mandatis pareant, cuiuſmodi ſunt obedire parentibus, depoſitum reddere, ab homicidio, à furto, à fornicatione abſtinere, iuſtificantur quidem homines, quia ſunt legis obedientia, & vice legis iuſtitia; non tamen ijs obtinent incrementa virtutum.

En opus morale ac naturale iuſtificat, imò pura omiſſio peccati iuſtificabit dormientem, ſine vllo prorſus actu, vt cui nunquam venit in mentem occidere quempiam, nec ei quidpiam deerit ad iuſtificationem, niſi habitus aliquis ſeu virtus moralis.

DAMNATVS ART. XLV.

SACRIFICIVM Miſſæ non aliâ ratione eſt ſacrificium, quàm generali illâ, quâ omne opus, quo fit, vt Sancta Societate Deo homo inhæreat.

Ad aras vſque ventum eſt; & ratio ſacrificij & Sacramenti Euchariſtici, ex opere operato meritorij, ſatisfactorij, impetratorij euerſa tota eſt; vt qui nullam Dei gratiam in natura integra agnouerunt, nullam in natura lapſa libertatem arbitrij, tandem naturalem legis obedientiam pro Gratia Chriſti obtrudant, nullam charitatem habitualem aut intrinſecam iuſtificationem, ſed extrinſeca dumtaxat auxilia, pura puta ſigna Sacramentalia & inefficacia ſacrificia videantur admittere, nullam in natura reparata intrinſecam reparationem, vt nullibi ſiſtat præceps error, quando ſemel à regula ſidei viua deflexit: ſingulos errores perſequi, infinitum errare eſſet. Omnem veritatem colligimus in vno Eccleſiæ Capite, Dei Vicario, Succeſſore Petri, omnium iudice Controuerſiarum, de quo doctrina tota Facultate Theologica conſtans viſa eſt attexenda, cum ea quæ de iuſtificatione & merito.

Antitheſes vtriuſque Doctoris ſparſæ ſunt totis Commentarijs ipſorum.

Doctrina propugnata 7. Septembris. 1646. Concluſio 1.

105. GRATIA habitualis non eſt imputatio extrinſeca Iuſtitiæ Chriſti, nec Spiritus Sanctus ſubſtantialiter nobis communicatus, ſed intrinſeca qualitas permanens radix habituum actuumque ſupernaturalium, diſtincta à charitate reipſâ, vt à fide & ſpe: eſt ipſa auguſta participatio naturæ diuinæ, amicitia inter nos & Deum, principium vniuerſale actuum ſupernaturalium; cum qua infunduntur, non emanant neceſſariò ab eâ actiuè, vt nec ab ea pendent ſubiectiuè, omnes virtutes ſupernaturales, tam theologicæ, quàm morales, diuerſæ rationis ab acquiſitis, & dantur tres perſonæ diuinæ per modum principij, finis & obiecti fruibilis. Ad iuſtitiam hanc habitualem recipiendam requiritur ex parte hominis adulti aliqua diſpoſitio, qua dici poteſt homo iuſtificare ſeipſum, ſeu actus liber viribus gratiæ elicitus, ad quam liberum arbitrium ſe diſponere viribus proprijs non poteſt, nec de congruo, nec remotè, nec conditionem vllam ponere, cum qua ſit infallibiliter connexa actualis gratia; quæ conſtat

præmo-

Iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ: *Ad Titum 3.* Maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ: *2. Petri 1.*

Digitized by Google

præmotionibus, tam pijs actibus voluntatis à Deo infuſis, quam veris illuſtrationibus intellectus, vtriſque neceſſarij, ac præuijs ad actum liberum meritorium. Hunc ipſum tamen nihil antecedenter ſpectatum aut collatum à Deo ex parte principij aut concurſûs neceſſitat, nedum cogit: ſed negatio diſpoſitionis meritoriæ tribuenda eſt libero arbitrio ſoli, vt cauſæ deficienti totali, ſeu neganti cooperationem, non quaſi motio à Deo deficiat natura priùs actu libero: actualis verò diſpoſitio meritoria maximè tribuenda eſt gratiæ excitanti & operanti.

206. Ad iuſtificationem impij requiritur motus fidei, cuius obiectum ſunt quæcumque diuinitus reuelata & promiſſa ſunt: nec ſola iuſtificat fides, ſed vt initium ac radix cæterorum motuum liberi arbitrij. Qui autem ſufficienter per actus fidei & ſpei ſe diſponit ad hos habitus, & non ad gratiam per charitatis actum, illos accipit duos tantum, non charitatem, niſi eliciat attritionem Sacramento recepto. Siquidem ad iuſtificationem requiritur motus liberi arbitrij in peccatum, eaque fit in inſtanti; quo diſpoſitio vltima ponitur ſeu actus indiuiſibilis. Nequit autem actus ſupernaturalis diſponens ad ſuum habitum, effectiuè procedere ab habitu; vti nec poteſt diſpoſitio ad formam procedere ab ipſa forma, nec cauſa efficiens præexigere effectum à ſe productum. Implicat gratiam habitualem produci ab agente creato, vt à cauſa principali; aut æquiuoca perfectiore, quia non datur; aut vniuoca; quia eſt qualitas eſſentialiter immanens. Viſio beata eſt finis *quo* gratiæ; finis *qui* eſt ſubiectum gratum, ſcilicet ipſa ſubſtantia animæ, ſicut voluntas eſt proximum ſubiectum charitatis ac virtutum moralium. Per ſe autem gratia habitualis nullam requirit diſpoſitionem ſubiecti, niſi ad expellendam formam contrariam, quod eſt peccatum mortale, ratione actualis auerſionis à Deo ex præterito peccato moraliter perſeuerantis, quæ non tollitur, niſi per oppoſitum actum conuerſionis ad Deum; idcirco ratione peccati in adulto poſtulat diſpoſitionem ex parte ſubiecti & efficientis. Concluſ. 2.

207. Reddit gratia ſua natura ſubiectum iuſtum, Sanctum, Filium Dei, dignum amicitia & gloria eiuſdem, quatenus ponit in eo ſimilitudinem naturæ, morum, & operationum diuinarum; imò actuali amicitia à Deo dilectum; vt ex aduerſo peccatum eſſentialiter terminat odium inimicitiæ Dei. Licet infuſio gratiæ & remiſſio peccati vna ſit mutatio, ita vt ſtare nec diuinitùs poſſit in ſubiecto gratia cum peccato habituali, nec fieri, vt Deus eundem diligat amicitia, & inimicitiæ odio ſimul habeat: multò minus poteſt gratia remittere peccatum actuale dum actu eſt; aut poſtquam propriâ actione contractum, moraliſque auerſio à Deo ac conuerſio ad creaturas relicta eſt, infundi gratia nullo præuio actu retractatiuo peccatoris. Item peccatum prout in hoc ſtatu includit maculam, ſeu priuationem gratiæ & amicitiæ diuinæ, quam vnuſquiſque tenetur conſeruare, ſola extrinſeca Dei condonatione tolli nequit. Viſio beata cum lumine gloriæ, vt expreſſa participatio naturæ diuinę ſecundum totum eſſe intelligibile extenſiuum, eſt etiam forma ſua natura abſterſiua peccati. Contritio prout amor Dei ſuper omnia eſt, non iuſtificat formaliter, licet ſit infallibilis diſpoſitio ad iuſtificationem. In pura natura, formæ peccati deletiua fuiſſet proportionata, ad quam conſeruandam habuiſſet homo debitum: nempè rectitudo ſtatus, à qua per peccatum quis excidiſſet, ſeu habitus naturalis. Abſque ſpeciali reuelatione Dei nullus poteſt de ſua iuſtificatione aut vero fidei aſſenſu eſſe certus certitudine fidei, aut abſoluta morali, cui non poſſit ſubeſſe falſum, ſeu quæ excludat omnem formidinem de oppoſito. Poteſt tamen iuſtus habere quandam moralem certitudinem de ſua gratia, quæ tollat omnem hæſitationem aut anxietatem. At hominum nemo abſque ſpeciali reuelatione poteſt certò ſcire ſuam prędeſtinationem. Concluſ. 3.

208. Sicut laus boni operis in Angelis non fuit liberi arbitrij ſolius; ita nec meritum hominis lapſi, quod de condigno verum (non quidem ſecundùm æqualitatem & rigorem iuſtitiæ) inter nos & Deum intercedit, adſcribi poteſt gratiæ ſoli, quin libero arbitrio repoſita ſit corona iuſtitiæ; licet à ſola gratia incipiat meritum æternæ vitæ, nec ſine illa eſſe poſſit. Meritum ex parte operantis exigit libertatem actualem, bonitatem moralem, ſtatum puri viatoris & gratiæ: vt autem ſit perfectè, completè, proximè condignum, requirit, præter intrinſecam gratiæ, extrinſecam ordinationem & promiſſionem antecedentes ex parte retribuentis, quæ aliquod debitum remunerandi inducat in Deo. Concluſ 4.

Ego protector tuus, & merces tua magna nimis: Gen 15. Merces mea mecũ eſt. reddere vnicuique ſecundum opera ſua: *Apocal.* 22.

Opera

Digitized by Google

Opera omnia ſupernaturalia virtutum infuſarum, & moralia acquiſitarum ſunt in iuſto de condigno meritoria augmenti gratiæ & gloriæ, & auxiliorum ſupernaturalium, quoad modum, vel quoad ſubſtantiam, quorumcumque ad finem beatitudinis conducentium. Finalis tamen perſeuerantia non cadit ſub meritum iuſti, nec reparatio ipſius poſt lapſum, nec primum auxilium gratię, quo peccator ad iuſtificationem diſponitur, nec prima gratia habitualis. Hanc tamen de congruo promeretur contritio ſupernaturalis, vt primam gloriam, quæ eadem confertur ex merito condigno gratiam conſequente. Omnibus operibus meritorijs gratia æqualem valorem tribuit; maioris dignitatis ſunt, cæteris paribus, merita viri ſanctioris: opus tamen meritorium non auget gratiam vltra ſuam gradualem perfectionem, nec niſi meritoriè. Cuilibet proinde operi meritorio, quantumcumque remiſſo reſpondet nouum præmium ſubſtantiale operi proportionatum.

DE PONTIFICE ROMANO

DOCTRINÆ CORONIS.

209. PONTIFEX *à poſſe & facere dictus eſt*, Pater Patrum, Princeps Sacerdotum, Vicarius Chriſti in terris relictus cum ampliſſima poteſtate gubernandi ac ſupernaturalia miniſtrandi, Succeſſor Petri: qui primus à Chriſto Pontifex maximus cõſtitutus, fundauit Eccleſiam regendo, moriendoque ROMÆ; cuius epiſcopatui iure diuino annexus eſt Primatus, vt idem perpetuâ ſerie fuerit Epiſcopus orbis, qui Vrbis, hodie INNOCENTIVS X. & hoc de fide cenſemus. Apoſtolicæ huius Sedis Præſul legitimè electus accipit immediatè à Chriſto eam poteſtatis plenitudinem, quæ ad Eccleſiam gubernandam, hominesque in æternam ſalutem ducendos, videri poteſt neceſſaria, coactiuam ipſam ſuper fideles cuiuſcumque gradûs, à quo cæteri Epiſcopi, & Concilium Generale poteſtatem iuriſdictionis immediatè accipiunt. Eſt idem Princeps politicus de iure humano: at de iure diuino habet poteſtatem in temporalia omnia indirectè, ſecundum quod illa poſſunt promouere vel impedire bonum ſpirituale. Leges Eccleſiaſticas condere poteſt, quibus omnes fideles ſub mortali obedire teneantur. Ipſe eſt iudex in decretis fidei, & morum ita Supremus, vt in terris nulla ſit poteſtas, nec Concilij Generalis (quod de Fide vel Fidei proximum eſt) ſupra ipſum, nec iudicari niſi à Deo poſſit, nec ſe ipſe alteri ſubijcere, niſi in foro conſcientiæ, aut temporali cauſa: ad eum verò ex quacumque orbis parte appellari poſſit, ab ipſo ad nullum.

Theſes 14. Sept. 1646. Concluſ. 1. Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. .... Tibi dabo claues &c. Certiores proinde facit Facultas omnes, ſe admittere viuum Innocentij X. oraculũ, os Dei & Eccleſiæ, pro interprete Scripturæ, Conciliorum, Patrum, Pontificum, antiquiorum, vtpotè regulam fidei ac ſanioris doctrinæ, omniumque iudicem controuerſiarum.

210. Hoc Eccleſiæ militantis viſibile caput habet in rebus Fidei determinandis iudicium infallibile, vt quando proponit quidpiam Fide diuina credendum, nullo caſu poſſit errare, ſiue cum Generali Concilio definiat, ſiue ſine illo (licet poſſit Concilium errare, etiam præſentibus Legatis Pontificis, antequam à Pontifice confirmetur decretum) ſed nec in decretis morum, ijſve quæ per ſe bona aut mala; NEC VLLA RATIONE POSSINT CITRA ERROREM ET MORTALEM CVLPAM SENTENTIÆ ILLÆ TENERI, QVAS SVB GRAVI CENSVRA DAMNAT: Sed neque ad hanc diem vllum in cathedra Petri ſediſſe hæreticum propugnamus. Dicere quòd in canonizatione Sanctorum errare poſſit Sanctiſſimus Eccleſiæ ſponſus, hæreſim ſapit; quòd in approbatione Religioſi Ordinis, maximè temerarium; quòd in Beatificatione cuiuſpiam, etiam ſcandaloſum impiumque. Concilium verò, cuius origo diuina eſt & apoſtolica, vtiliſſimum eſt, & quodammodo neceſſarium, vbi graues cauſæ vrgent iuſtæque, ad melius eſſe, ſiue vt ſuauiùs recipiantur decreta Pontificis, cuius ſolius eſt conuocare Concilium Generale; in quo de iure ſoli Epiſcopi, nec certo numero, habent ius ſuffragij deciſiui; cui præſidere per ſe vel per ſuos Legatos proprium eſt Vniuerſalis Epiſcopi; à quo approbata dogmata ad fidem pertinentia non poſſunt eſſe erronea, vt nec Concilij Nationalis, ſed fiunt de fide. At decreta morum ad ſalutem conducentia etiam à Concilio vim habent obligandi.

Concluſ. 2. Rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos: *Luc.* 22. Multò minùs contingere poteſt, vt per Bullã totã Eccleſiã vulgarã damnet ſanam doctrinam, & patiatur doceri errores hæreſesve. Auctoritas *Petri* eiuſque Succeſſorum eſt vnica veluti teſſera, veram ac Catholicam Religionem diſtinguens à falſis ſectis innumeris.

Conſtet,

Conſtet, in Pontifice nihil deeſſe auctoritatis ad ſuffocandos errores primo exortu, præuio ſuorum quorumcumque Doctorum examine; nihil deeſſe poteſtatis ad eoſdem comprimendos, quando inualeſcunt; nullâque ratione ab eo expectandum, donec cogatur Concilium; cùm talis mora pernicies eſſet Eccleſiæ & veritatis: conſequenter Catholicos omnes ſub mortali obligari ad deponendas opiniones eas, quas Pontifex ſub graui cenſura damnat, nec eas vllo prætextu tenere ac tueri poſſe, multò minus publicè propugnare; nempè hæc poteſtas eundi obuiam hæreſi pullulanti, præuio ſolo Doctorum ſuorum conſilio, ante coactum Epiſcoporum concilium, maximè neceſſaria eſt in Pontifice ad pacem Eccleſiæ fouendam perfectamque vim directiuam animarum ad ſalutem æternam: at vi directiuę deeſſe nec poteſt coërcitiua, vt ſuum finem ſortiri poſſit; alioqui fruſtra errores à Pontifice damnarentur, ſi non eſſet modus efficiendi, vt à ſubditis Eccleſiæ pariter condemnarentur. Proinde rectè S. Petrus Chryſologus *in epiſt. ad Eutiche.* hæreſiarcham, exhortans illum ad obedientiam S. Leoni præſtandam in materia fidei potiſſimùm: *Hortamur*, inquit, *te, vt ijs quæ à Beatiſſimo Papa Romanæ ciuitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas, quoniam B. Petrus, qui in propria Sede viuit & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem*; apud Bellar. de Script. Eccleſ.

211. Scripturæ Sacræ ſtat prima auctoritas, vtpotè Verbi à Deo dictati quoad ſingula, liberèque à Sanctis excepti: canonicam declarat Apoſtolica traditio, iudicium Eccleſiæ, Concilium vniuerſale ratione ſolius Pontificis; protocanonicos libros, de quibus nunquam eſt dubitatum, deuterocanonicos ſuccedente tempore receptos. Vulgatæ editionis Latinæ ſumma eſt authoritas, multis licet in locis obſcura ſit ac difficilis, de cuius vero ſenſu alius iudex eſſe non poteſt niſi Caput Eccleſiæ. Veram quoque doctrinam continent Traditiones per os Chriſti, Apoſtolorum, Patrum, quibus quouis tempore fuit inhærendum: maior eſt neceſſitas earum quàm Scripturæ: nec examinari poſſunt ad Scripturam, cum Scripturam tradiderint; ſed earum Supremus Iudex eſt Pontifex, à quo diſcendum, an illæ ſint Scripturis conformes, an non contradicant. Nihilominus Veritas prima in dicendo, ſiue Deus reuelans quæ non apparent, ipſaque reuelatio obſcura, eſt obiectum formale ſub quo, ſeu ratio formalis credendi, vt oportet ad ſalutem, non teſtimonium Eccleſiæ eiuſue Capitis, etſi hoc infallibile ſit in proponendo teſtimonio diuino, & conditio de lege ordinaria neceſſariò requiſita, vt obligentur omnes Fideles ad credendum. Omnia tamen illa quæ Deus reuelauit ſunt obiectum Fidei. Scriptura, Traditio, Regula animata ſeu Pontifex Summus proponens ex aſſiſtentia Spiritûs Sancti ſe mutuò iuuant ſecundùm diuerſa motiua ſignaque, vt credibilia euidenter ſint, quæ ſimul proponunt vel etiam ſeorſim, inprimis Pontifex, vt infallibilis auctoritatis: omnes applicant auctoritatem Dei reuelantem, qua formaliter credamus articulos Fidei, & inter ipſos Pontificem, Traditionem, Scripturam, nullo vitioſo circulo. Concluſ. 3. Dicit ei IESVS, Paſce oues meas. .... Paſce agnos meos *Ioan.* 21.

212. Diuinarum Traditionum eadem eſt auctoritas ac Scripturæ, par regula Fidei ac verbum Dei; Apoſtolicarum eadem eſt ac decretorum Apoſtolicorum, in quibus Pontifex diſpenſare poteſt, ea immutare & abrogare, vt Eccleſiaſticas leges. Pro diuina & Apoſtolica traditione habendum, quod vt tale habetur in Eccleſijs, vbi eſt integra ſucceſſio Epiſcoporum ab Apoſtolis, quæ nunc eſt in ſola Romana. His tribus regulis indiuiduis, *vt funiculo triplici*, qui rumpi non poſſit, per labirynthæos ingeniorum errores, dirigitur ad felicitatem æternam Eccleſia militans, quæ eſt fidelium ac Baptiſmo inſignitorum Societas ſub vno capite Chriſtò, eiuſque in terris Vicario Pontifice Romano ordinatè cohærens; in qua non ſunt catechumeni, nec excommunicatione eiecti, nec Schiſmatici, multò minùs hæretici & apoſtatæ, niſi fortè ſecundùm apparentiam, externamque ſacrorum participationem. Sunt verò in eccleſia non ſoli prædeſtinati, nec ij omnes, ſed etiam peccatores manifeſti: Eſt Eccleſia viſibilis ad corporis ſenſum, toto- Concluſ. 4. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accedunt lucernam, & poſſunt eam &c. *Matth.* 5.

que orbe conſpicua, Vna ordine, fine, medijs; Sancta conſecratione, puritate, ſacrificio, capite, firmitate; Catholica loco, gente; Apoſtolica origine, ſucceſſione legitimâ, Cathedrâ S. Petri: hæ ſunt Eccleſiæ inſignes notæ, cui antiquitas plurimum auctoritatis adfert, eo quod nunquam defecerint Orthodoxæ Fidei cultores, nec defecturi ſint, vt nec ipſa Eccleſia vnquam defecit, nec defectura eſt.

CONCLVSIO OPERIS.

213. EX dictis à primo ad vltimum luce clarius perſpicere eſt, quàm iuſtus, quàm *magnus* ſit Sanctiſſimorum Pontificum dolor ac *mœror, quo afficimur*, inquiunt Bullæ ipſius initio, *quod plerique ſpectatæ alioqui probitatis & doctrinæ, in varias ſententias offenſionis & periculi plenas, tum verbo, tum ſcriptis prorumpunt, deque eis etiam in ſcholis inuicem controuerſantur, cuiuſmodi ſunt ſequentes*, &c. quas ſingulas ad quindecim capita, & tres claſſes hucuſque reduximus: Vnde conſpicua pariter fit VERITAS ET ÆQVITAS CENSVRÆ PONTIFICIÆ HVIVS: *Quas quidem ſententias ſtricto coram nobis examine ponderatas; quamquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent; in rigore, & proprio verborum ſenſu ab aſſertoribus intento, hæreticas, erroneas, ſuſpectas, temerarias, ſcandaloſas, & in pias aures offenſionem immittentes reſpectiuè, ac quæcumque ſuper ijs verbo, ſcriptoque emiſſa, præſentium auctoritate damnamus, circumſcribimus, & abolemus, deque eiſdem, & ſimilibus poſthac quoquo pacto loquendi, ſcribendi, & diſputandi* (vtique defenſionis causâ, vtique defenſionis causâ, vt rectè Suarez prolegom. 6. de gratia n. 10.*facultatem quibuſcumque interdicimus. Qui ſecus fecerint, ipſos omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficijs, & officijs perpetuò priuamus, ac etiam inhabiles ad quęcumque decernimus: vinculo quoque anathematis eo ipſo innodamus, à quo nullus Romano Pontifice inferior valeat ipſoſ, excepto mortis articulo, liberare* &c. Nimirum, quia Catholica conſcientia manifeſtè iudicat, *rigidum, & proprium verborum ſenſum, ab aſſertoribus intentum eſſe hæreticum* &c. per cenſuram Pontificiam; vel hanc eſſe nullam, Bullam nullam, ſeu maleſanam; quod cogitare inſanum eſt. Singulas ferè propoſitiones ſuâ peculiari cenſurâ affecit Sacra Facultas Theologię Pariſienſis anno 1560. Iun. 27. & ad idem cenſendum conferunt plurimùm Reſolutiones aliquæ SYLVII, quibus Lectorem hîc priuare nolumus.

FRANCISCI

Digitized by Google

FRANCISCI SYLVII

SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORIS &c.

IVDICIVM

SVPER ASSERTIONIBVS QVINQVE,

DE LIBERO ARBITRIO.

1. DIVINÆ productiones ad intra ſunt liberrimæ, licet neceſſariæ neceſſitate eſſendi à ſe, quę eſt ſumma.

2. Similis libertas ſupereſt in homine lapſo, ſcilicet à coactione, nulla libertas à neceſſitate operandi, ſiue malum ſiue bonum.

3. Indifferentia liberi arbitrij intrinſeca perijt per peccatum originis, ita vt à ſeipſo neceſſitatum ſit ad operandum malum, licet non coactum.

4. Gratia Chriſti ſanat liberum arbitrium, ipſum neceſſitando ad bonum, non aliter: nec aliam rationem libertatis relinquit, niſi quia non cogit.

5. Libertas à coactione, quamuis neceſſitata ad malum, ſufficit vt Diuina Iuſtitia homines damnet in ignem æternum, *qui ideo paratus eſt diabolo & Angelis eius*, quia peccauerunt, nullò modo neceſſitati ad malum.

Quoniam inſtanter rogor, quid de aſſertionibus iſtis (quæ cuius ſint, mihi non dicitur) ſentiam. Ad primam Reſp. quòd ſi nominibus vtimur iuxta propriam eorum ſignificationem, & ſecundum quod communiter vſurpari ſolent, ſaluâ fide dici nequit, quòd diuinæ productiones ad intra ſint liberrimæ. Cum enim id quod eſt liberrimum (ſi de cauſa vel principio agitur) poſſit agere & non agere; ſi autem de effectu vel principiato, ipſum poſſit eſſe & non eſſe; ſequeretur diuinas productiones ad intra poſſe eſſe & non eſſe; ac per conſequens Patrem poſſe non producere Filium, Patrem & Filium poſſe non producere Spiritum Sanctum, ipſoique Filium & Spiritum Sanctum poſſe non eſſe Deum: id quod manifeſtè pertinet ad Arianorum & Macedonianorum hæreſin, quorum illi Filium, iſti Spiritum Sanctum eſſe negabant Deum.

Confirm. ſi diuinæ productiones eſſent liberrimæ, Deus Pater voluntate, eâque liberrimâ, genuiſſet Filium: cum nihil poſſit dici liberrimum, imò ne liberum quidem, niſi à voluntate liberâ: Atqui non eſſe credendum quod Deus Pater genuit Filium voluntate, habetur in Concil. Toletan. 11. idemque tradit B. Thomas 1. *p. quæſt.* 41. *art.* 2. pro ratione adferens, quod voluntas eorum principium eſt, quæ poſſunt ſic vel aliter eſſe. Quod autem poteſt ſic vel aliter eſſe, longè eſt à naturâ diuinâ, ſed hoc pertinet ad rationem creaturæ. Ipſum autem loqui de voluntate vt voluntas eſt, & quidem liberè agens, in Commentario iſtius articuli dixi: eſtque prorſus conforme ei quod idem S. Doctor habet *q.* 2. *de pot. a.* 3. dicens, *quod nullo*

R 2 *modo*

Digitized by Google

modo voluntas poteſt eſſe diuinæ generationis principium, idque ſic probans, *quia voluntas, in quantum voluntas, cum ſit libera, ad vtrumlibet ſe habet. Ex quo patet, quod omne illud cuius voluntas eſt principium, quantum in ſe eſt poſſibile eſt eſſe vel non eſſe &c. omne autem quod ſic ſe habet, eſt creatum.* Et mox: *ſi ergo ponitur filius voluntate genitus, neceſſario ſequetur ipſum eſſe creaturam.* Eandem fuiſſe S. Athan. ſententiam ex eius lib. 4. contra Arianos liquet: ibi namque ſic de Deo Patre loquitur: *Vt bonus eſſe non ex voluntate incepit, cum tamen non inuitus nolenſque bonus ſit (nam hoc ipſum quod eſt, cum ſua voluntate eſt) ita quoque quod filius ille ſit, etſi non ex voluntate principium ductum eſt, non tamen inuito illi & præter ſententiam filius extitit.* Quod in eadem aſſertione 1. ſubiungitur de diuinis productionibus, eas eſſe neceſſarias neceſſitate eſſendi à ſe (ſeu non ab alio) quæ eſt ſumma; verum quidem eſt, ſed priorem eius aſſertionis partem deſtruit; cum hæc non poſſint ſimul conſiſtere, diuinas productiones ad intra eſſe liberrimas, & eſſe neceſſarias ea neceſſitate, quæ eſt ſumma. Quid enim libertati repugnat, ſi non neceſſitas, eaque ſumma? Si opponas B. Tho. qu. 10. de pot. a. 2. ad 5. ſcribere, quod Spiritus S. liberè procedit à Patre: Reſp. ex contextu conſtare quod non intelligat libertatem à naturali neceſſitate, ſed à violentia & coactione; Præmittit enim *quod Deus ſua voluntate liberè amat ſeipſum, licet de neceſſitate amet ſeipſum*, de neceſſitate vtique naturali, & nequaquam de neceſſitate coactionis aut violentiæ; cum ab ea prorſus liber ſit. Vnde ſubdit: *& neceſſarium eſt* (naturali nimirum neceſſitate) *quod tantum amet ſeipſum, quantum bonus eſt: ſicut tantum intelligit, quantum eſt.* Tum addit: *liberè ergo*, hoc eſt non violentè, nec coactè, *Spiritus S. procedit à Patre, non tamen poſſibiliter*, ſiue non ſic vt potuerit non procedere, *ſed ex neceſſitate*, videlicet naturali: *nec poſſibile fuit ipſum procedere minorem Patre, ſed neceſſarium fuit ipſum Patri eſſe æqualem, ſicut & Filium, qui eſt Verbum Patris.* liberè ergo illic D. Thomas dixit pro *ſpontaneè*; qui ſermo ſatis eſt improprius. Si dicas, quod in aſſertione prima ſimiliter intelligitur libertas, ſcilicet à coactione & violentiâ: Reſp. quod ſic intelligendo, verum quidem eſt, diuinas productiones ad intra eſſe liberrimas, nimirum à coactione & violentiâ: at talis intellectus neque eſt ſecundum propriam verborum ſignificationem, neque iuxta communem vſum loquendi; & propterea non eſt ſimpliciter admittendum id, quod in illa aſſertione dicitur; cum attenta verborum proprietate communique vſu loquendi, natum ſit alium, eumque hæreticum ſenſum ingenerare audientibus. Ad pleniorem horum ac etiam ſequentium cognitionem, certò tenendum eſt, quod libertas à qua ſiue Deus, ſiue Angeli, ſiue homines dicuntur eſſe liberi arbitrij, non poteſt dici vel intelligi eſſe ſola libertas à coactione aut violentia, ſed debet eſſe libertas à neceſſitate naturali, & importare indifferentiam ad oppoſita. Primò quia alioquin ſequeretur bruta eſſe liberi arbitrij; cùm plurima agant non coactè, nec violentè, ſed tam à coactione quam à violentia liberè. Nullus autem catholicus admittit bruta habere liberum arbitrium; cum omnes concedant, hoc eſſe proprium naturæ rationalis.

2. Quia dum Pius V. & Greg. XIII. hos articulos condemnauerunt: *quod voluntariè fit, etiamſi neceſſariò fiat, liberè tamen fit: ſola violentia repugnat libertati hominis naturali*: ſatis manifeſtè cenſendi ſunt definiuiſſe id, quod voluntariè quidem fit, ſed neceſſariò, non liberè fieri, nec ſolam violentiam repugnare libertati hominis naturali; ſed etiam *naturalem* neceſſitatem: quomodo Facultatem Theol. Louanienſem intellexiſſe, ipſius explicatio Illuſ.mi Domini Epiſcopi Vercellenſis Nuntij Apoſtolici iuſſu concepta anno 1586. fidem facit. 3. quia tam B. Auguſtinus, quam S. Thomas (vt alios ſilentio præteream) idem docuerunt. Auguſt. *lib. 2. de libero arb. cap. vlt. lib. 3. cap. 3.* id cenſet noſtræ eſſe liberæ voluntatis, quod in noſtra poſitum eſt poteſtate. Aliâs liberi arbitrij rationem in eò ponit, quod huc atque illuc liberè flectitur, ac per conſequens in indifferentia & poteſtate eligendi. Verba eius ſunt *lib. 2. de pecca. merit. cap. 18. Voluntatis arbitrium huc atque illuc liberum flectitur, atque in eis naturalibus bonis eſt, quibus & malè vti malus poteſt.* Lib. de natura & gratia cap. 65. de iſtis B. Hieron. verbis: *Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutem nec ad vitia neceſſitate trahimur, alioquin vbi neceſſitas, nec corona eſt*: Ita loquitur: *Quis non agnoſcat? quis non toto corde ſuſcipiat? quis aliter conditam humanam neget eſſe naturam?* lib. 2. contr. Fauſt. c. 5. *nos*, inquit, *ſub fato ſtellarum nullius hominis geneſim ponimus, vt liberum arbitrium voluntatis quo vel benè vel malè viuitur, propter iuſtum iudicium Dei ab omni neceſſitatis vinculo vindicemus.* Lib. 2. de actis cum felice Mani-

ce Manichæo cap. 3. ſic ſcribit: *eſſe liberum arbitrium, atque inde peccare quemque ſi velit, non peccare ſi nolit: non ſolum in diuinis ſcripturis, quas non intelligitis, ſed etiam in verbis ipſius Manichæi tibi probo.* Et cap. 4. *Habet vnuſquiſque in voluntate, aut eligere quæ bona ſunt, & eſſe arbor bona; aut eligere quæ mala, & eſſe arbor mala.*

Supereſt videre quid B. Thomas de libertate ſenſerit: *Voluntas* (ait *q.2. de pot. a.3.*) *in quantum voluntas, cum ſit libera, ad vtrumlibet ſe habet. Poteſt enim voluntas agere, vel non agere, ſic vel ſic facere, velle & non velle.* Hæc autem vera non eſſent ſi liberum arbitrium ſolum importaret libertatem à coactione, & non etiam à naturali neceſſitate; cum de brutis quantum ad plurima quæ non coactè, ſed ſponte agunt, ac de amentibus ac de pueris qui ad vſum rationis necdum peruenerunt, non diceret S. Doctor, quod ſe habent ad vtrumlibet, quodque poſſint agere vel non agere, ſic vel ſic facere. Vnde *q.6. de malo* referens quoſdam poſuiſſe quod voluntas hominis ex neceſſitate mouetur ad aliquid eligendum, etſi non coactè: ita ſubijcit: *Hæc autem opinio eſt hæretica: tollit enim rationem meriti & demeriti in humanis actibus. Non enim videtur eſſe meritorium vel demeritorium, quod aliquis ſic ex neceſſitate agit, quod vitare non poſſit. Eſt etiam annumeranda inter extraneas Philoſophiæ opiniones, quia non ſolum contrariatur fidei, ſed etiam ſubuertit omnia principia philoſophiæ moralis. Si enim non ſit liberum aliquid in nobis, ſed ex neceſſitate mouemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, præceptum, & punitio, & laus & vituperium, circa quæ moralis philoſophia conſiſtit.* Ex quibus clarum eſt ipſum ſentire, quod ad liberum arbitrium neceſſaria ſit libertas à naturali neceſſitate, & non tantum à coactione.

Quod confirmari etiam poteſt ex reſp. ad 3. ibid. vbi ſic diſtinguit inter bruta & quæ non habent liberam electionem, & voluntatem hominis; quod illa mouentur per inſtinctum ſuperioris agentis ad aliquid determinatum. *Sed Deus mouet quidem voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis mouentis, quæ deficere non poteſt: Sed propter naturam voluntatis motæ, quæ indifferenter ſe habet ad diuerſa, non inducitur neceſſitas, ſed manet libertas.* Quo etiam pertinet quod in reſp. ad 19. aſſerit *potentiam voluntatis ſe habere ad oppoſita.* Sicut & q.22. de verit. a.5. ad 5. dicit: *quod voluntas in quantum rationalis eſt, ad oppoſita ſe habet.* Non enim ſe haberet ad oppoſita, ſi naturali neceſſitate foret determinata ad vnum. Dicta q. 22. a. 6. *cum voluntas*, inquit, *indeterminatè ſe habeat reſpectu multorum, non habet reſpectu omnium neceſſitatem*, ſed reſpectu eorum tantum, ad quæ naturali inclinatione determinatur. Ex quibus clarum eſt, quod ad reliqua, ſiue ad ea, ad quæ naturali inclinatione voluntas non determinatur, ipſa vtpote indeterminata, habeat ex mente S. Thomæ libertatem; quodque libertas naturali, determinationi ac neceſſitati repugnet. Vnde in eodem artic. ſubiungit: *quod voluntas dicatur libera, in quantum neceſſitatem non habet.* Quam libertatem in eo conſiderandam monet, quod poteſt velle vel non velle, poteſt velle hoc vel illud, reſpectu eorum quæ ſunt ad finem. Qu.24. art. 1. tradit bruta non habere libertatem arbitrij, non quia cogantur (cum manifeſtiſſimum ſit quod plurima agant ſine coactione) ſed quia illorum iudicium eſt determinatum ad vnum. Idemque repetit a. 2. in cuius reſp. ad 1. concedit, bruta & pueros ſponte ſua aliquid facere, etſi neget eis vſum liberæ electionis. Rurſum a. 4. *ſecundum hoc aliquid liberè fieri dicitur quod eſt in poteſtate facientis.* Similiter 1.p.q. 82.a. 1. tradit voluntatem nullius obiecti reſpectu cogi poſſe, & tamen non omnium obiectorum reſpectu eſſe liberum, ſed ex neceſſitate inhærere fini vltimo. Et in reſp. ad 3. *ſumus*, (inquit) *domini noſtrorum actuum, ſecundum quod poſſumus hoc vel illud eligere.* Quæſt.83.a. 1. docet hominem agere libero iudicio, poſſeque in diuerſa ferri, quia iudicium, quo agit, non eſt in naturali inſtinctu determinatum ad vnum. Si ergo eſſet naturaliter determinatum, ex ſententia B. Thomæ, homo non ageret liberè ac per conſequens naturalis neceſſitas ſeu determinatio repugnat libertati, & non ſola coactio. Idem confirmare licet ex eiuſdem q. a. 3. vbi ſcribit, *quod proprium liberi arbitrij eſt electio. Ex hoc enim liberi arbitrij eſſe dicimur, quod poſſumus vnum recipere alio recuſato; quod eſt eligere.* Vnde a. ſeq. dicit, *quod liberum arbitrium nihil aliud eſt, quam vis electiua.* Et qu.16. de malo a. 5. ait, *ad rationem liberi arbitrij pertinere, quod in diuerſa poſſit.* Et mox *Angelus*, ait, *& homo habent finem naturaliter ſibi præſtitutum, beatitudinem. Vnde naturaliter appetunt eam, nec poſſunt velle miſeriam, vt Aug. dicit 8. de Trinit. Sed quia ad beatitudinem diuerſa poſſunt ordinari, in eligendo ea quæ ſunt ad finem, poteſt voluntas tam hominis quam Angeli boni vel mali, in diuerſa ferri.* 1.2. q.

 10.a.4.

10.a.4. *Voluntas eſt actiuum principium non determinatum ad vnum, ſed indifferenter ſe habens ad multa.* In 2.d.25.a.2. de voluntate hominis loquens, ſic ait: *Quantumcumque aliquid oſtendatur eſſe bonum, in poteſtate eius remanet eligere illud, vel non eligere.* Ex his facile eſt intelligere quod iuxta Sanctos Aug. & Thomam, adeoque iuxta veritatem, libertas arbitrij non tantum ſit libertas à coactione, ſed etiam à naturali neceſſitate.

Nec refert, B. Thomam 1.*p.queſt.* 82. *a.* 1. *queſt.* 22. *de verit. a.* 5. *& alibi*, docere quod neceſſitas naturalis non repugnat voluntati, ſed neceſſitas coactionis. Senſus enim doctrinæ illius eſt, neceſſitatem coactionis omninò, ſeu quantum ad omnia prorſus obiecta, repugnare voluntati; eo quod vt voluntas, à nullo cogi poſſit. Coactum enim aut violentum dicitur, quod eſt contra inclinationem rei; motus autem voluntatis eſt ipſius inclinatio in aliquid. Neceſſitatem autem naturalem, non omninò, ſeu non reſpectu omnium obiectorum repugnare voluntati; quia voluntas reſpectu aliquorum obiectorum ſubijcitur naturali neceſſitati, eorum ſcilicet reſpectu, quæ non liberè vult, ſed ad ea naturali inclinatione determinatur, cuiuſmodi eſt finis vltimus, vt beatitudo, & ea quæ in ipſo includuntur, vt cognitio veritatis & alia huiuſmodi. Vnde in reſp. ad 4. dicti a. 5. claris verbis ait, quod à voluntate non excludimus neceſſitatem naturalem *reſpectu aliquorum.* Ad alia verò quæ non ſunt ipſe finis, ſed media quibus variè poſſumus in finem tendere, non determinatur voluntas naturali inclinatione, ſed propria diſpoſitione & electione, abſque neceſſitate. Iſtum ſenſum habemus ex ipſis S. Thomæ locis obiectis: quibus addenda ſunt quæ ex q. 22 de verit. a. 6. ſupra attulimus. Vnde fit conſequens, quod voluntas naturalem neceſsitatem patiatur quantum ad aliqua obiecta, non verò quantum ad alia, quorum proinde reſpectu eſt libera. Non refert etiam quod S. Thomas 1. p. q. 83. a. 2. ad 3. dicat hominem peccando non perdidiſſe liberum arbitrium, quantum ad naturalem libertatem quæ eſt à coactione, ſed quantum ad libertatem, quæ eſt à culpa & miſeria: quaſi velit ad liberum arbitrium ſufficere libertatē naturalem à coactione, etiamſi deeſſet libertas à neceſsitate naturali. Ipſum enim nihil eiuſmodi velle, tum ex iam allatis certum eſt, tum ex eo quod *qu. illa* 83. *vt & in præcedente* 82. ad libertatem arbitrij clariſſimè requirit indifferentiam iudicij, ratione cuius voluntas poſsit, hoc vel illud eligere: talis autem non eſt indifferentia, vbi deeſt libertas à naturali neceſsitate: ſed coactionem vſurpauit pro abſoluta neceſsitate, ſiue interim ea neceſsitas ſit per violentiam & coactionem propriè dictam, ſiue per naturalem determinationem ad vnum. Vnde poſtquam dixit hominem peccando non perdidiſſe liberum arbitrium, quantum ad naturalem neceſsitatem quæ eſt à coactione, non ſubiunxit, ſed quantum ad libertatem quæ eſt à naturali neceſsitate vel determinatione ad vnum aut quid ſimile, quod dicendum erat, ſi voluiſſet ſignificare hominem per peccatum amiſiſſe liberum arbitrium, quod importat indifferentiam iudicij & libertatem à neceſſitate naturali.

2. Quod in aſſert. 2. dicitur ſupereſſe in homine lapſo libertatem à coactione, certiſſimum eſt. Siue enim homo conſideretur ante lapſum, ſiue poſt lapſum, neceſſitas coactionis in voluntatem nullo modo cadere poteſt, & ipſa coactio repugnat voluntati. q. 22. de verit. a. 5. in corp. & ad 3. necnon 1. p. q. 82. ar. 1. Quod verò additur in homine lapſo nullam ſupereſſe libertatem à neceſſitate operandi ſiue malum ſiue bonum, non poteſt à Catholico ſuſtineri. Cum enim ad libertatem arbitrij nequaquam ſufficiat libertas à coactione, ſed omnino requiratur libertas à naturali neceſſitate, quemadmodum ſuperius fuit oſtenſum; ſi in homine lapſo nulla ſuperſit libertas à neceſſitate operandi, nulla quoque ſupereſt libertas à neceſſitate naturali, ac per conſequens non ſupereſt libertas arbitrij; quæ fuit hæreſis Lutheri.

Confirm. 1. ſi nulla huiuſmodi libertas ſupereſt, ergo liberum arbitrium poſt peccatum eſt res de ſolo titulo (quod Leo X. condemnauit in Luthero) non enim voluntas noſtra aliud habere poteſt quàm titulum liberi arbitrij, ſi non habet libertatem à naturali neceſſitate. Huc proinde pertinet canon 5. ſeſſ. 6. Concil. Trid. qui anathemate ferit eum qui liberum hominis arbitrium poſt Adæ peccatum, amiſſum & extinctum eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo &c.

Confirm. 2. de fide eſt hominem cum Dei adiutorio poſſe credere, ſperare, & Deum diligere: Item ipſum Deo excitanti atque vocanti poſſe diſſentire ſi velit: Item in homi-

nis

nis poteſtate eſſe vias ſuas malas facere, vt conſtat ex *ſeſſ. 6. eiuſdem Concil. can.* 4. 6. Oportet ergo quod poſt peccatum ſit in homine libertas à naturali neceſſitate, ſiue ad malum ſiue ad bonum; cum homo non poſſit iam dicta ſine eiuſmodi libertate.

Atque hanc eſſe S. Auguſtini ſententiam, vt in diuerſis eius locis recenſendis non immorer, ijs quæ ſupra fuêre allata hunc addam ex l. 2. contra duas Epiſt. Pelagi. cap. 5. *Peccato Adæ liberum arbitrium de hominum natura periiſſe non dicimus, ſed ad peccandum valere in hominibus ſubditis diabolo: ad benè autem piéque viuendum non valere, niſi ipſa voluntas hominis gratiâ Dei fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, ſermonis, cogitationis adiuta.* Et ne quis exiſtimet voluntatis libertatem ex hoc tolli, quod indiget adiuuari; eundem Auguſt. videat *epiſt.* 89. ſic ſcribentem: *Neque voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iuuatur: ſed ideo iuuatur, quia non tollitur. Qui enim Deo dicit, Adiutor meus eſto,* (Pſal. 26.) *confitetur ſe velle implere quod iuſſit, ſed ab eo qui iuſſit, adiutorium poſcere, vt poſſit.*

Assertio 3. Fidei catholicæ repugnat, in primis in eo quod dicit, indifferentiam liberi arbitrij intrinſecam periiſſe per peccatum originis: Deinde in eo quod ſubdit, ipſum à ſeipſo neceſſitatum eſſe ad operandum malum. Cum enim ad rationem liberi arbitrij pertineat, tum indifferentia intrinſeca, tum libertas à naturali neceſſitate, vt ſupra ex Auguſt. & Thoma fuit oſtenſum; ſi per peccatum originis perijt indifferentia intrinſeca liberi arbitrij: & ſi liberum arbitrium eſt neceſſitatum ad operandum malum, licet non coactum; conſequens eſt, in homine poſt peccatum originis, non eſſe liberum arbitrium; quæ eſt manifeſta hæreſis.

Quod in 4. aſſert. dicitur, eiuſdem farinę eſt. Quamuis enim certiſſimum ſit, quod gratia Chriſti ſanat liberum arbitrium; quod tamen hoc faciat ipſum neceſſitando ad bonum, & non aliter, aperta eſt hæreſis. Affirmante enim Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap 5. quod homo liberé gratiæ aſſentitur, quodque diuinam inſpirationem recipiens, illam abijcere poteſt; & cap. 6. quod homines diſponuntur ad iuſtitiam, dum excitati diuinâ gratiâ, & adulti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum: & can. 4. anathema dicente illi, qui dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti &c. neque poſſe diſſentire, ſi velit: quibus addi poteſt canon 23. in quo anathemate percellit eum qui dixerit hominem ſemel iuſtificatum amplius peccare non poſſe, neque gratiam amittere: quomodo ſaluâ fide dici poteſt, quod gratia Chriſti neceſſitat liberum arbitrium ad bonum? fidei eſt quod liberum hominis arbitrium à Dei gratia excitatum & adiutum liberè mouetur, quodque ſic recipit gratiam, vt poſſit eam abijcere, ac etiam poſtea deperdere. Igitur contra fidem eſt, quod per eam neceſſitetur ad bonum. Talis namque modus liberè agendi, non poteſt conſiſtere cum ea neceſſitate. Vnde Auguſt. de corrept. & gratia cap. 6. *Si iam regeneratus & iuſtificatus, in malam vitam ſua voluntate relabitur, certè iſte non poteſt dicere, non accepi, quia acceptam gratiam Dei ſuo in malum libero amiſit arbitrio.* Non ergo gratia ipſum neceſſitauerat ad bonum. Et cap. 14. *Sic velle & nolle in volentis aut nolentis eſt poteſtate, vt diuinam voluntatem non impediat, nec ſuperet poteſtatem.* De gratia & libero arbitrio cap. 9. *non quia dixit* (Apoſtolus ad Philippenſes 2.) *Deus eſt qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate, ideo liberum arbitrium abſtuliſſe putandus eſt.*

Conferatur etiam quod ſupra fuit allatum ex epiſt. 89. Et his omnibus addatur B. Thomas, qui prorſus negat liberum arbitrium per gratiam neceſſitari ad bonum. In primis dum q. 6. de malo ſic in reſp. ad 3. ſcribit. *Deus mouet quidem voluntatem immutabiliter propter efficaciam virtutis mouentis quæ deficere non poteſt; ſed propter naturam voluntatis motæ, quæ indifferenter ſe habet ad diuerſa, non inducitur neceſſitas, ſed manet libertas.* Et 1. 2. q. 10. a. 4. *Quia voluntas eſt actiuum principium non determinatum ad vnum, ſed indifferenter ſe habens ad multa, ſic Deus ipſam mouet quod non ex neceſſitate ad vnum determinat, ſed remanet motus eius contingens & non neceſſarius niſi in his ad quæ naturaliter mouetur.* Quibus etiam addi poteſt quod *1. p. q. 23. a. 1. ad 2. q. de verit. a. 5. ad 1. & lib. 3. contra Gentes c.* 90. verba Damaſceni dicentis quod *ea quæ ſunt in nobis, Deus prænoſcit, ſed non prædeterminat:* exponenda eſſe ſcribit, *vt intelligantur ea quæ ſunt in nobis, diuinæ determinationi non eſſe ſubiecta; quaſi ab ea neceſſitatem accipientia.* Tali enim expoſitioni nullus foret locus, ſi S. Doctor ſentiret rem, ſeu Dei gratiam neceſſitare liberum arbitrium ad bonum.

Quod

Digitized by Google

Quod in eadem 4. aſſert. additur: gratiam non aliam rationem libertatis relinquere, niſi quia non cogit, pariter fidei catholicæ aduerſari ex ſupradictis notum eſt. Quibus hæc adiungi poſſunt paradoxa fidei quoque contraria: Homines nunquam peccare; nec gratiæ augmentum, nec vitam æternam mereri; leges & præcepta hominibus fruſtra poni. Si enim liberum arbitrium eſt à ſeipſo neceſſitatum ad operandum malum, licet non coactum, qua ratione poteſt dici peccare? cum (teſte Auguſt. diſp. 2. contra Fortunatum Manichæum) *peccata, niſi libera voluntas eſſet in nobis, peccata non eſſent.* Qui & lib. de vera religione cap. 14. ita ſcribit: *Quoniam peccari non dubium eſt, nec hoc quidem dubitandum video, habere animas liberum voluntatis arbitrium.* Et quod intelligat liberum non ſolum à coactione, ſed etiam à naturali neceſſitate, probat quod ſequitur: *Tales enim ſeruos ſuos meliores eſſe Deus iudicauit, ſi ei ſeruirent liberaliter, quod nullo modo fieri poſſet, ſi non voluntate, ſed neceſſitate ſeruirent.* Accedit quod nec bruta; nec pueri nec amẽtes peccare dicantur, etſi ea faciant quæ per ſe mala ſint, & ad quæ non coguntur, ſed ſponte procedunt. Quomodo ergo homines dici poſſunt peccare, ſi tantum non cogantur, & ſponte agunt: non ſint autem à naturali neceſſitate liberi? Quomodo fideles mereri poſſunt apud Deum, ſi gratia eos neceſſitat ad bonum? Quomodo leges & præcepta ponuntur ijs, quorum liberum arbitrium aut à ſeipſo neceſſitatum eſt ad operandum malum (licet non coactum) aut per gratiam neceſſitatum eſt ad bonum; cum neque brutis, neque dementibus, vel pueris conuenienter ponerentur ſiue leges, ſiue præcepta.

De aſſert. 5. quid dicam? quod ſit falſiſſima & nequaquam ſuſtinenda. Supponendo partim ex antedictis, partim ex iam dicendis, B. Auguſtinum intellexiſſe liberum hominis arbitrium eſſe liberum à naturali neceſſitate, & non tantum à coactione, eique tribuere libertatem ad benè & malè agendum, qualis non eſt in irrationali, ſed tantum in rationali natura; eius mentem ex ipſius verbis inueſtigemus. Sic habet lib. 2. de libero arbitrio cap. 1. *Illud bonum quo commendatur ipſa iuſtitia in damnandis peccatis, rectèque factis honorandis, quomodo eſſet, ſi homo careret libero voluntatis arbitrio? Non enim aut peccatum eſſet, aut rectè factum quod non fieret voluntate* (nimirum liberâ.) *Ac per hoc & pœna iniuſta eſſet & præmium, ſi homo voluntatem non haberet liberam.* Eſt igitur ſicut contra veritatem, ita & contra S. Auguſtini mentem, dicere quod libertas à coactione, quamuis neceſſitata ad malum, ſufficit vt Diuina Iuſtitia homines damnet in ignem æternum: vbi enim ſola eſt huiuſmodi libertas neceſſitata ad malum, non eſt liberum voluntatis arbitrium, neque aliquid fit liberâ voluntate, ſed neceſſitate; ac per conſequens iniuſtum foret æternam pœnam infligere ſic operanti, ſicut iniuſtum eſſet amentem vel puerum, ſponte quidem, at non liberè occidentem, vel quidpiam aliud facientem, quod in alio eſſet peccatum mortale, æternis inferni pœnis ob hoc punire. Licet & ex alijs eiuſdem Sancti locis confirmari poſſunt. Nam *qu.* 24. *inter* 83. ſic ait: *Nec peccatum nec rectè factum imputari cuipiam iuſtè poteſt, qui nihil fecerit propria voluntate. Eſt igitur & peccatum & rectè factum in libero voluntatis arbitrio. Quod liberum arbitrium ſi non dediſſet Deus, iudicium puniendi nullum iuſtum eſſe poſſet, nec meritum rectè faciendi*, ait idem diſp. 2. contra Fortunatum. Quo quid clarius dici poſſit, ad docendum libertatem à coactione, dum neceſſitata eſt ad malum, non ſufficere, vt diuina Iuſtitia homines damnet in ignem æternum? Cui conſonat quod lib. de duabus animabus cap. 12. ſcribit, *peccati reum teneri quempiam qui non fecit quod facere non potuit, ſummæ iniquitatis eſt & inſaniæ.* Si ergo hominis voluntas, etſi non coacta, eſt tamen neceſſitata ad malum, non poterit peccati rea teneri, quia quod non fecit, non potuit facere; aut (quod eiuſdem eſt rationis) malum quod fecit, non potuit non facere. Et lib. de fide contra Manichæum cap. 9. *Cum* (inquit Auguſt.) *conuincuntur naturam non eſſe malum, ſed in poteſtate eſſe hominis facere benè aut malè, dicunt non eſſe animæ liberam voluntatem, & non vident cæcitatem ſuam.* Tum proſequitur cap. 10. *Quis enim non clamet ſtultum eſſe præcepta dare ei, cui liberum non eſt quod præcipitur facere: & iniquum eſſe damnare, cui non fuit poteſtas iuſſa complere? Et has iniuſtitias & iniquitates miſeri non intelligunt Deo ſe aſcribere. Sed quid verum eſt, niſi & dominum dare præcepta, & animas liberæ eſſe voluntatis, & malum naturam non eſſe, ſed eſſe auerſionem à Dei præceptis, & eſſe iuſtum Dei iudicium, quo damnet peccantes?* Vbi, nè putes quod liberam voluntatem intelligit, eam quæ ſolum eſt à coactione libera, aduerte ipſum de ea libertate lo-

qui

Digitized by Google

qui, ſecundum quam eſt poteſtas iuſſa complendi, & per quam in poteſtate hominis eſt, benè facere vel male. Sicque comperies de libertate à neceſſitate naturali ipſum loqui.

Eandem 5. aſſert. doctrinæ B. Thomę aduerſari, nemini dubium eſſe poteſt, conſideranti ea quæ, contra opinionem illorum, qui ponebant voluntatem hominis ex neceſſitate moueri ad aliquid eligendum, non tamen cogi, tradit q.6. de malo. Vt enim ſupra retuli, cenſet iuxta illam opinionem, tolli præceptum & punitionem, laudem & vituperium, ac per conſequens ſentit non iuſtè puniendum, æternaliter eum, qui non coactè quidem, ſed tamen ex neceſſitate operatur malum. Et in 2.d.25. a.5. dicit libertatem à coactione & neceſſitate ſemper ſequi liberum arbitrium, *ſine quâ peccatum imputari non poſſet*, multò minùs æternaliter puniri. Ad eiuſdem rei confirmationem pertinet, quod omnis pœna propriè dicta, peccati pœna eſt, iuxta ſanctos, Auguſt *lib.* 1. *retract.c.9.* & Thomam *q.*1. *de malo a.*4. & 1.2.*q.*87.*a.*7. peccatum autem niſi ex deliberata voluntate procedat, non eſt actus humanus, 1.2.*q.* 1. *a.*1. & *q.*71. *a.*6. ac per conſequens non eſt peccatum. Si ergo voluntas hominis, quamuis non coacta, eſt tamen neceſsitata ad malum, ipſa malum faciendo non peccat: cum non faciat ex deliberata voluntate, ſed ex neceſsitate; ideo non meretur pœnam præſertim æternam.

Quod in eadem aſſert. dicitur, ignis æternus ideò paratus eſſe diabolo & Angelis eius, quia peccauerunt nullo modo neceſsitati ad malum, ſi intelligatur excludi omnis neceſsitas tam naturalis quàm coactiua, verum eſt, & ob hanc quoque cauſam in ignem æternum mittuntur homines peccatores, quia peccarunt nullo modo neceſsitati ad malum, id eſt, neque coacti, neque naturali neceſsitate inclinati, vel determinati ad malum; ſed propriâ ſuâ voluntate ac libertate, ſecundum quam libertatem potuerunt benè & malè facere. At verò ſi intelligatur ſolum excludi neceſsitas coactionis, quaſi ſignificetur ideo diabolum & Angelos eius ad ignem æternum eſſe damnatos, quia peccauerunt non coacti, falſum eſt. Ad hoc enim vt peccetur, & reatus æternæ pœnæ incurratur non ſufficit libertas à coactione, ſed requiritur libertas à naturali neceſsitate, vt ex dictis liquet. Ita reſponſum Duaci, Die 1. Sept. an. 1644.

FRANCISCVS SYLVIVS S.Theol. D.& Eiuſdem Regius ac Ordin. Profeſſor.

CLAVDERE liceat opuſculum totum verbis, quibus Doctor SYLVIVS ſcriptis vitam clauſit. Exigebat ab eo rationem Ill.mus Internuntius Apoſtolicæ Sedis Bruxellâ, quod librum approbaſſet, cui titulus, *Antiquiſsimi Scriptoris LVPI SERVATI Abbatis S. Benedicti, de tribus quæſtionibus* &c. Reſcripſit hic pijſsimus Vir diebus non pluſquam quindecim ante mortem, & immortalitate dignam epiſtolam concluſit his verbis: *Pro LVPO apologiam non teximus, quod opus non eſſe credamus; ſed ſcandala tollimus, quod ſemper licet, de epiſtola liminari variâ improbè adiectâ, & ſuppreſſo doloſè loci ac typographi nomine: nec credimus eſſe, cur quiſpiam titulis quæſtionum LVPI offendatur, aut ſinat ſibi imponi Facultatem hanc noſtram editionis einſmodi permiſſu minùs reuerentem eſſe Bullæ Pontificiæ, aut minus conſtantem in obedientia Apoſtolicæ Sedis: ſed cùm ad hanc ipſam ſpectet ignorantes docere, certiores fieri omnes optamus, quod hæreſes* de libero arbitrio, de prædeſtinatione, de Sanguinis Chriſti pretio &c. *impugnare ac iugulare verbis ſcriptiſque, non tantùm LVPO liceat, ſed cuilibet Orthodoxo Doctori per Bullas Pontificum: ſummum verò crimen eſſe, quòd has ipſas Bullas & Facultatem Noſtram inſimulent Pelagianiſmi; ſcilicet quòd ex copioſa Chriſti Redemptione gratiam ſufficientem deriuamus, etiam in Aduerſarios noſtros vt poſſint reſipiſcere, & ad obedientiam Sanctiſsimæ Sedis redire, non tantùm abſtinere à calumnijs nomini noſtro doloſè inferendis: à qua obedientia erga Dei Vicarium nullis nos vnquam maledictis aut machinis operantium mendacium dimouendos proteſtamur, cùm iudicemus vrgere modò tempus præcepti, quo optimus quiſque internam fidem erga vnam, Sanctam, Catholicam Eccleſiam EIVSQVE VISIBILE CAPVT, ore, ſcripto, ſanguine profiteatur.* Hucuſque SYLVIVS.

S

FINIS.

APPRO-

APPROBATIONES.

IMPRIMI POTERIT

GEORGIVS COLVENERIVS S. Theologiæ Doctor & Profeſſor.

CVM tota libelli huius doctrina de LIBERO ARBITRIO, AVXILIIS, PRÆDESTINATIONE, SCIENTIA DEI ET GRATIA CHRISTI ſit Pontificia, ex Cathedra Petri aut definita, aut ſaltem commendata de meliore nota, ipſa proinde VERITAS ET ÆQVITAS, Regis etiam Catholici ac Principum Belgij approbationibus ſeu Priuilegijs egregiè inſignita (vt præfatione ad beneuolum Lectorem fideliſsimè narratur) eandem doctrinam à me inprimis approbari ac propugnari par eſt; certiore ſpe fore, vt quam à primâ ſuâ erectione tenuit Sapientiæ integritatem Facultas Noſtra, ab eâdem cum Dei gratiâ nunquam receſſura ſit, ſemper cum Apoſtolica Sede conſtans in hac doctrina, quam typis iterum iterumqúe digniſsimam cenſeo. Duaci 1. Martij, 1649.

THEODORVS VAN COVVERDEN S. Theol. Doctor ac Profeſſor Reg. & Ordinarius, Librorumque in alma Vniuerſitate Duacena Viſitator ac Cenſor.

IMPRIMI omninò poterit hoc opus vtiliter ad confirmandos Fideles in obedientia erga Summum Pontificem, Regem Catholicum, Romanamqúe Eccleſiam, quæ eſt columna veritatis; & percommodè Theologis omnibus, quorum plures videmus parum conſtanter inſiſtere in antiqua doctrina, à Maioribus noſtris in ſcholis tradi ſolita; vt hîc intelligant Patrum ſuorum viam, quam poſſint ſinè offendiculo tenere. Duaci 2. Martij, 1649.

VALENTINVS RANDOVR S. Theologiæ Doctor, eiuſdemque Regius ac Ordinarius Profeſſor.

Digitized by Google

INDEX RERVM BREVISSIMVS.

Vbi citantur ſoli numeri, in quos totum opus diuiſum eſt.

A

ABYSSVS iudiciorum Dei: n.154.
ACTVS ſupernaturales ſunt ſpecialia Dei Dona, etiam in Angelis; n.25. Durant per gratiam Dei actualem, & tribuuntur gratiæ; actus mali libero arb. 144.
ADAM ſeipſum ab intrinſeco liberè impulit ad malum; n.127.135.
ADOPTATVS in Filium Dei homo gratiâ ſupernat. n.3.
ADVERTENS primùm ſe peccare, quis non poteſt ſimpliciter ceſſare? 136.
AMOR naturalis & ſupernaturalis erga Deum rectè diſtinguitur, n. 13. & ſeqq. Amor alius amicitiæ erga Deum: alius concupiſcentiæ, ſeu inchoatus, qui non eſt vitioſa cupiditas, ſed ſpei Chriſtianæ actus meritorius: 200. Amor Dei alius appretiatiuus ſuper omnia, alius intenſiuus: 202.
ANGELI boni nacti ſunt auxilium *quo* ſpeciale, actuale, cooperans: n. 33. hi à Deo fuerunt ſolidati, malis cadentibus: 52. plus adiuti quomodo? 154.
ATTRIBVTA diuinæ munificentiæ, liberalitatis, &c. ſunt maximè libera: n.4.65.
ATTRITIO ſupernaturalis cum Sacramento ſufficit ad obtinēdam infallibiliter gratiam iuſtificationis: n 79.187. quomodo differat à contritione: 185.189. neutra requirit certam intenſionem: 183. vtraque propoſitum non peccandi: 185.
AVXILIVM à gratia creationis diuerſum, præter iuſtitiam & gratiam, datum Angelis, n. 26. Nec ipſum velle bonum habere potuit primus homo, niſi auxilio ſpeciali id Deus daret: n. 28. Auxilium commune homini integro & lapſo: n. 29. & ſeqq. Adiutorium actuale *quo* ſeu efficaciam gratiæ ſpeciale donum Dei eſſe quis negat? n. 43. 143. Quomodo id auxilium ſit in poteſtate liberi arbitrij: 47. Auxilijs ſufficientibus neminem Deus deſerit, multò minùs iuſtum propter peccatum orig. 69. Auxilium ſufficiens ex parte hominis vel Dei diſtinguitur: 149. & aliquatenus efficax: 150. Auxilium actuale primò nō deeſt, nec ſubtrahitur: 153. Infideles omnes aliquando habent auxilium ſufficiēs mediatè: 159.

B

BEATITVDO naturalis appetitui naturali commenſa eſt: nu. 12.
BENEFICIA vlteriora Deus præſtare potuit Angelo & Adæ: n.39.
BONVM aliquod morale honeſtum ex naturæ viribus ortum ducit: 92. Bonum opus aliud moraliter bonum, aliud ad ſalutem bonum: 163.

C

CASVS de duobus æqualiter affectis, quorum vnus cadit, ſtat alter: n.146. 154.
CAVSA prima in cauſando eſt ratione prior libero arbitrio: 40. 128. In eam referenda eſt omnis motio, &c. 41. Dependentia cauſæ 2. à prima: 45. 46. Cauſa peccati nulla efficiens, ſed deficiens: 127. Cauſa 1. in deficiendo eſt creatura: n. 129. 152. cuius defectum ſeu ceſſationem ab actu ſubſequitur cauſa 1. ſeu cauſalitatis Dei ſuſpenſio: 153. Cauſam 2. agere priùs primâ tanti eſt, quanti agere ſolam ac eſſe primam: n. 46.
CHRISTVS pro omnibus & ſingulis mortuus, orauit, ipſis aliqua auxilia promeritus: 159. etiam generalia, non neceſſitantia: 160. Chriſti meritorum theſaurus immenſus ex dignitate perſonæ. 168.
CONCORDIA liberi arbitrij cum gratia: 151. & ſeqq. item naturę & gratiæ: 155.
CONCVPISCENTIA eſt naturalis homini, qui cum ipsâ condi primùm poteſt: n. 57. an ſit à Deo? 65. Vulnera naturæ explicantur; 66. Concupiſcentia in renatis non eſt peccatum: 75. nec eſt bonum naturale, vt opus Dei. 77. Deſcriptio concupiſcentiæ eiuſque vulnerum: 78. Concupiſcentiæ motus, quibus voluntas non conſentit, non ſunt peccata: 84. & ſeqq. Concupiſcentia minuit liberum, & peccatum: quod nullum eſt, ſi neceſſarium: 135.
CONTRITIO definitur, diuiditur: 185. ad perfectam neceſſarius eſt amor Dei ſuper omnia ſimpliciter: 187. hæc habet ſemper adiunctam iuſtificationis gratiam vt infallibilis diſpoſitio, etiam ante ſuſceptum Sacramentum: 193. & ſeqq.
CREATVRA eſt cauſa 1. libera in ſuſpendendo actum: n. 129.

D

DECRETVM prædeſtinationis, reprobationis, explicatur: nu. 154.
DELIBERATIO maior vbi poteſt adhiberi, ibi non eſt neceſſitas peccandi: 136. deliberatione perfectâ rationis accedente durant actus boni per gratiam Dei actualem,

S 2 connotatâ

connotatâ liberâ poteſtate deficiendi in libero arbitrio; eâdem connotata durant actus mali.

Determinatio ad actum peccati à quo ſit efficienter, formaliterve:n.127.134. Determinatio prima in efficiendo eſt à cauſa 1. determinatio prima in deficiendo ſeu cohibendo actum eſt liberrima à cauſa 2. ſola: 129.

Devs eſt magis dominus actuum hominis liberorum, quàm homo ipſe:n.36 45. Perperam dicitur ignoraſſe quid Angelis & Adæ eſſet obuenturum: 37. 44. Deus eſt cauſa principaliter & primò operans per ſecundas:41. Deus eſt cauſa 1. libera in efficiendo: creatura eſt cauſa 1. libera in deficiendo.129. Deus homini nil præcipit impoſſibile:n 40. 160. Facienti quod in ſe eſt, non denegat gratiam: 141. non deſerit niſi priùs deſeratur: 154.

Vult omnes homines ſaluos fieri: 160.

Dominvs naturæ potuiſſet ab initio creare hominem talem, qualis hodie naſcitur: n.63.& ſeqq.

Dominivm ſuorum actuum quale ſpectet ad cauſam liberam:45.134.148.

Dominium cupiditatis quale? n. 103.

E

Ecclesia quid, & de eâ doctrina verior: 210.& ſeqq.

Efficacia gratiæ eſt ipſum *velle* bonum ſalutare & mandata exequi: n. 141. Caſus de duobus æqualiter affectis: 146. Efficacia bonæ voluntatis ſupernat. à Deo eſt, etiam in Angelis: n. 27. Quod gratia Dei ſit bene vſus nequit Angelus gloriari: 30. Efficacia voluntatis Dei prima & maxima in omnem actionem & modum:38. Efficacia gratiæ Dei non tollit libertatem à neceſſitate: n. 120. Efficaciam gratiam ſitam in neceſsitate nullus Patrum affirmat:n 46. Efficax eſt aliquouſque omnis gratia ſufficiens: 150. Gratia maxima eſt actualis cooperatio Dei, & ipſa non ſubtractio auxilij, vltimaque efficacia:154. Efficacia gratiæ in omni ſtatu tribuenda potentiæ Diuinæ principaliter, & libero arb. vt inſtrumento ſubſeruienti & eleuato: n.156.

Excitans gratia quæ? 147.

F

Fides totius iuſtitiæ fundamentum eſt, excludens legem & naturam: 176.

Fides, ita & ſpes, rectè diſtinguitur in formatam & informem: 177.

Finis vltimi rationem non penetrant hæretici, cùm negant, eum ſanctè operari, qui intuitu æternæ mercedis Deum colit: 202.

G

Gratia Dei extrinſecâ, non debito, eleuata eſt natura ad ſtatum ſupernatur. n:16.

Gratia intrinſeca de Fide eſt, n.19.

Eſt principium operis meritorij:n.20.

Gratia dicitur rectè data etiam Angelis. 25.

Minùs relicta in poteſtate liberi arbitrij quàm Dei: 26.

Gratiæ ſanitatis & ſanantis diſcrimen: 27.

Gratia svfficiens, quæ efficax auxilium actuale *quo* à Deo reſpuat, reſpuitur à Catholicis: 43. 143.

Ea ſufficiente, in cuius ac liberi arbitrij poteſtate ſit auxilium *quo* efficax, nemo viator deſtituitur à Deo. 79. datur omnibus adultis: 158.

Gratia Chriſti indifferentiam liberi arbitrij non deſtruit: 107. non neceſſitat liberum arb 117.

Gratia cooperatur libero arbitrio, & hoc gratiæ: n. 119. 161.

Gratiam Chriſti ſufficientem ad ſeruandum preceptum, quando currit, & quia vult implere, quis credat deeſſe: 139.

Sufficientem gratiam qui non abijcit, vlteriorem conſequetur: 141.

Actualem gratiam infuſam abijcere liberum eſt cauſæ 2. nu.145.

Sufficiens ex parte hominis vel Dei diſtinguitur: 149. & agnoſcitur à S. Auguſt. 159 ad omnes deriuata ex meritis Chriſti: 160.

Sufficiens gratia & aliquatenus efficax: 150.

Gratiæ reſiſti poteſt, ipſaque abijci:n. 155. Gratia Dei neceſſitans libertatem, ſeu quæ non poſsit à libero arb. abijci, à Scholis abijciatur: 157.

Gratia Chriſti dat meritum vitæ æternæ, vim ſatisfaciendi: 161.

Secunda gratia confertur dignificato per primam: 170.

H.

Habitvali gratiâ fit iuſtificatio: 203. & ſeqq.

Habituali gratiæ non eſt debita excitans actualis, nec excitanti adiuuans ſeu operans: 147. nec connexi habitus ſanant infirmitatem naturæ, quin egeat auxilijs actualibus. 160.

Habitvs apud Deum retributionem inueniunt: 77.

Homo integer & lapſus egent auxilio Dei ſpeciali: n. 27.143. eſt liber ad ſuſpendendam cognitionem obiecti: n. 131. ad ſingula peccata vitanda: 136.

Si homo non abijciat gratiam Creatoris aut Redemptoris iuuantem & ſufficientem ad obſeruantiam legis, conſequetur gratiam vlteriorem: 141. quomodo reddat inefficacem gratiam explicatur: 150.

Honestvm aliquod bonum vires liberi arbitrij aſſequi poſſunt: 90. & appetere ipſam honeſtatem: 99.

I

Ignorantia inuincibilis peccatũ non eſt: n. 91.

Immortalitas primi hominis fuit gratiæ beneficium, non naturalis eius conditio; nu. 4.10.

Indvlgentia ſupplet defectum ſatisfactionis: 173. 175.

Infidelitas purè negatiua peccatum nõ eſt: n. 90.

Infidelium opera omnia non ſunt peccata: n. 99. 162. quomodo diſponantur ad fidem, nec carent gratia ſuffic. 139. Non habent auxilium immediatè & proximè ſufficiens ad credendum, ſed omnes aliquando mediatè: 159.

Ivstificatio impij fit per gratiam habitualem. 203. De iuſtificatione verior doctrina: 205.

Ivstitia originalis fuit homini ſupernaturalis: nu. 59. ordinis naturalis eſt poſſibilis: nu. 60.

Iuſtificatos Deus non deſerit, niſi ab ijs priùs deſeratur: 152. Iuſtus ex fide viuit: 176.

L

Lex aliqua ex complacentia honeſtatis ac rectitudinis ſeruari poteſt: n. 101. Lex Dei ſine gratia impleri nequit: 140.

Liber eſt homo ad ſuſpendendam cognitionem obiecti: 131.

Libertas ceſſandi ab actu ſufficiens eſt ad meritum & peccatum: 145.

Libervm arbitrivm valet aliquod peccatum vitare: n. 94. & ſeqq.

Per liberum arbitrium ſtare poteſt, qui nõ grauiter tentatur: n. 28. 31.

Liberi arbitrij bonus vſus ſine iniuria gratiæ Chriſti admitti poteſt: 101. ipſius inſtabilitas: 105.

Libertas opponitur neceſſitati, non coactioni tantùm: n. 109. & ſeqq. Seruitus oppoſita libertati: 122.

Liberum eſt abſtinere a peccato, ſi peccatum eſt: 126. 145. Voluntas non ſemper agit vt libera, ſæpè vt natura: 134. Gratia non neceſſitat liberum arb. 147. & ſeqq. Liberum eſt cauſæ 2. abijcere actualem gratiam infuſam: 145.

Liberi arbitrij diſpoſitio ad gratiæ efficaciam eſt ſupernaturalis quod modum: 155.

Libera merita non perierunt, quin Chriſtus ea reſtituerit: 168.

M

Macvla peccati remanet poſt actũ, non reatus tantùm: 195. 198.

Malitiæ peccatum quodnam? 135. ex malitia liberi arb. gratia ſufficiens eget aliâ actuali ex parte Dei: 159.

Merces vitæ æternæ non debetur citra promiſſionem, n. 22. 24. datur vltra condignum: 23.

Mercedis intuitu Deo ſeruire licet: 200. qui ita concupiſcentiâ Deum amat, ſanctè operatur: 202.

Meriti ratio in primo homine; n. 27. Merita ex ſpeciali auxilio ſunt ſpecialia dona: 29. ad meritum non ſufficit libertas à coactione: n. 116.

Meritum vitæ æternæ per obſeruantiam legis modumque ſalutarem diſtinguitur à modo non ſalutari: nu. 161. Ad rationem meriti de condigno eſt neceſſarium, vt homo per gratiam adoptionis ſublimetur ad ſtatum Deificum: 166.

Merita libera reſtituta per Chriſtum: 168. Verum meritum datur: 170. non ſine gratia: 176.

De merito verior doctrina: 205.

N

Natvra intellectualis ad gratiam Dei potuit non euehi, nu. 1. & ſeqq.

Natvrale propriè quid? nu. 10.

Naturalia non ſunt principia meriti ac præmij ſupernaturalis: nu. 19.

Natura tam integra quàm corrupta eget auxilio Dei quo: 35.

Naturæ puræ ſtatus eſt poſſibilis: 57. & ſeqq. 62.

Naturæ vulnera. 66. 104.

Naturale donum aut principium non tollitur vllo peccato. 89.

Voluntas, vt natura ſæpè agit: 134.

Necessitas ſeptuplex: quænam oppoſita libertati: 122.

Neceſſariò quod fit, damnabiliter non fit: 126. & ſeqq. Vbi neceſſitas, iam non libertas:

bertas:131. nec peccatum: 135.
Neceſſaria libero arb. gratia non neceſſitat ipſum: 157.
Neceſſitas bene merendi per gratiā Chriſti reprobatur. 181.

O

OBEDIENTIA legis ex amore honeſti, ſine charitate eſſe poteſt: 165.
ODIVM Dei habituale concreari in anima paruuli à Deo ſolo ex cauſa Adæ demeritoria, horrendum :n.72.
OPERA infidelium omnia non ſunt peccata: 99.
Opera mortua quæ? 177.
ORATIO neceſſaria fuit homini etiam integro: nu.39. Ad orandum gratiam ſufficientem, quis neget? 148. 153.
Orandi omiſſio eſt ipſum peccatum: 151. & primum vitium liberrimum, cum inſpirationem ad orandum abijcit voluntas ægra: 153.
Orandum, ne nos inducas in tentationem: 154.

P

PACTVM inter Deum & Adamum de iuſtitia originali non eſt neceſſe: decretum Dei ſufficit: 71. Pactum de concurrendo poſteriùs ratione quàm cauſa 2. repugnat cauſæ 1. n. 45.
PECCATVM originale eſt voluntarium paruulis interpretatiuè; n. 67. & ſeqq. rectè ipſis imputatur. 73. Quid ſit? 74. 76. quæ eius pœna? 80.
Propter peccatum orig. nullus baptizatus damnatur aut affligitur: 75. multò minùs martyres; aut B. Virgo: nec iuſtus à Deo deſeritur auxilio actuali; nemo ſufficienti: 79.
Nemo peccat nolens ac inuitus: 84. & ſeq.
Peccatum nil tollit naturale; 89. vitari poteſt: 99.
Actu peccans ab omni peccato abſtinere poteſt: 126. & ſeqq.
Peccatum non eſt omne quod agit peccator. n. 105.
Nec peccatum nec gratia neceſſitat liberum arbitr. 117.
Cauſa peccati eſt deficiens non efficiens 127. eius determinatio: 128. deliberatio, 136.
Peccata ſingula vitari poſſe, non omnia. Catholica Patrum doctrina eſt: 137. peccatur ſæpè in cauſa & radice: ibid.
PERMISSIO peccati quæ? 130. quæ non permiſſio? 145.
Permittere, non permittere defectum liberi arb. reprobare, prdeſtinare eſt: 154. 156.
PERSEVERARE ipſum acceperunt Angeli à Deo? n. 26. 52.
Primus homo orare debuit pro perſeuerantia; 28.
Perſeuerantia eſt donum ſpeciale, etiam in natura integra: 32.
An pendeat ab vſu bono liberi arbitrij? 55.
Auxilijs ſufficientibus ad perſeuerandum iuſtus non priuatur in pœnam peccati orig. 79.
Perſeuerantiæ partes ſingulæ: 150. 151. 156.
PONTIFEX Romanus quis, & de eo doctrina verior: 209. & ſeqq.
PRÆCEPTA Dei implentur etiam ſtante carnali concupiſcentia: 85. nullum præceptum impoſſibile obſeruatu. 140. 160. ex vana gloria ſeruari poſſunt exteriora; non interiora, quæ grauem habent difficultatem: 141. Præcepti obſeruantia duplex: 161. & ſeqq.
PRÆDESTINATIO, etiam Angelorum, eſt in poteſtate Dei, ante præuiſa merita: n. 48. merè gratuita: 50. eſt meritorum & præmij præparatio: 52.
Prædeſtinationis decretum eſt de non permittendo defectu liberi arbitrij formaliter extrinſecè: nu. 154.
PRÆDETERMINATIO, præmotio irreſiſtibilis rectè non dicitur: 155.
PROVIDENTIA Dei reſpectu actuum liberorum in Angelis & homine innocente perperam negatur: n. 37. 44. 79.

R.

RATIO ſi homini neceſſitatem peccandi non aufert, nil obeſt, nil prodeſt. 133. Rationem quomodo impedit paſſio: 135.
REPROBATIO poſitiua adultorum ob peccatum orig. reprobatur: n. 79. reprobationis decretum poſterius eſt defectu liberi arb. permiſſo præuiſoque: n. 154.
SACRAMENTA Chriſti maculam tollunt, non ſolam obligationem ad pœnam, producendo gratiam: 196. 199.

S

SATISFACTIO Sanctorum vera, non extrinſeca Chriſti tantùm: 171.
SCIENTIA Dei in decreto ſuo permiſſiuo defectûs cauſæ 2. vel non permiſſiuo: nu. 154. 156.
SCRIPTVRÆ auctoritas: 211.
SVFFICIENS gratia datur: 128. & ſeqq. omnibus adultis: 158. quænam illa ſit? 142. cuius vſus ſit relictus in poteſtate liberi arb. quod ipſum det *velle* ſine vlteriori

faucre

ſauore aut gratia actuali Dei malè fingitur in ſtatu innocentiæ ab auctoribus damnatorum artic. rectiſſimè impugnatur ab Estio in ſtatu hominis lapſi: n. 143. 149.
Sufficientia ex parte hominis vel Dei explicatur: 150. 154. & agnoſcitur à S. Auguſt. 159. miraculum infinitę bonitatis: 160.
Sufficientia gratiæ & meritorum Chriſti: 174.
Svpernatvrale quid? n. 4.
Supernaturales actus ſunt ſpecialia gratiæ dona; 25.
Supernaturalis quoad modum eſt diſpoſitio liberi arbitrij ad efficaciam gratiæ: n. 155.

T

Tentatio leuiſſima diuturna eſt grauis; n. 28.
An homo ſine gratia poſſit vllam tentationem ſuperare: 96.
Orandum, ne nos inducas in tentationem: 154.
Nulla tentatio ſalutariter vincitur abſque ſpeciali auxilio per Chriſtum: 160.
Timor gehennæ, qui auertit voluntatem ab affectu peccandi ſub gratia Dei continetur: 181. ab eo pœnitentiæ initium, & amoris erga iuſtitiam: 182.
Traditiones Diuinæ earumque auctoritas: 212.

V

Velle hominis, etiam integri, eſt à Deo, non tantùm poſſe: n. 42.
Velle bonum ſalutare, & exequi, eſt efficacia gratiæ: 142.
Veniale peccatum ex natura ſua datur: 138.
Virtvtes, ſicut & gratia, ſunt principia bene viuendi: n. 19.
Virtutes infidelium non ſunt vitia: 99.
Visio Dei clara humanæ naturæ per ſe ſpectatæ non debetur, n. 11.
Vita æterna eſt merces gratię; 20. non debetur citra Dei promiſſionem. 22. nec iuſtis iure abſoluto: 24. neceſſitate ipſam promeritus quis dicatur? 159. 160. Dignitas perſonæ ad id ſpectand: 167. vitam æternam ſine ſtatu gratię mereri non poſſumus: 176.
Volvntas deficit ab actibus bonis, abſtinendo; à malis, non abſtinendo, cùm poſſit & debeat ab eis abſtinere priùs ratione quàm Deus cauſa vniuerſalis: 144. nec neceſſitatur quoad exercitium à beatitudine communi notione apprehenſâ: 146.
Volvntarivm malum peccatum eſt: 67.
Voluntas Adę voluntas poſterorum: 70.
Voluntas non creatur à Deo neceſſitata ad malum: n. 113.
Voluntas humana Chriſti formaliter libera: 124.
Voluntas, vt voluntas, libertatem à neceſſitate importat: aliàs natura eſt: 134. 116.
Voluntas ægra primùm abijcit inſpirationem ad orandum: 153.
Voluntas quomodo præparetur à Domino ad actum ſupernat. 155.
Vsvs gratiæ actualis à quo ſit? 152. ipſe bonus vſus præſcitus conditionatè non eſt cauſa meritoria cur à Deo detur talis gratia: 156.
Vvlnera naturę explicantur: 66. ſunt deſtitutio auxiliorum liberaliorum: 78.

Pagina	linea	lege
9.	6.	*contreationem*
40.	4.	*rationem*
43.	2.	*inordinata*

num. 103. fine adde, *non ſubtrahantur.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google